No. Q.405.37
The Public Library of the City of Boston

120.



Sir Thomas Brooke Bart. F.S.A.
Armitage Bridge.

1. N°. 15.

Pomponius Mela –

702 Phi August 19, 1921 A

Pomponij Mellę Coſmographi de ſitu orbis liber primus. Procemium.

ORbis ſitũ dicere aggredior impeditum opus & facundię minime capax. Cõſtat enim fere gentiũ locorũq; nominibus: & eorum perplexo ſatis ordine: quem perſequi longa eſt magis q̃ benigna materia: Veꝝ aſpici tamen cognoſciq; digniſſimũ: & quod ſi nõ ope ingenij orantis: at ipſa ſui contemplatione pretium operę attendentiũ abſoluat. Dicam autem alias plura & exactius: Nunc autẽ ut queq; erũt clariſſima & ſtrictim ac primo quidẽ quę ſit forma totius: quę maximę partes. quo ſingulę modo ſint: utq; habitent expediam. Deinde turſus oras omniũ & littora ut intra extraq; ſunt: atq; ut ea ſubit ac circumluit pelagus: additis quę in natura regionum incolarumq; memoranda ſunt. Id quo facilius ſciri poſſit atq; accipi: paulo altius ſumma repetetur.

Mundi ĩ quattuor partes diuiſio

OMne igitur hoc quicquid eſt: cui mundi cęliq; nomen indidimus: unũ id eſt: & uno ãbitu ſe cũctaq;

PUBLIC LIBRARY OF THE CITY OF BOSTON

amplectit̃: partibus differt. Vnde ſol orit̃: ori-
ens nuncupat̃: aut ortus. quo demergit̃: occi-
dens uel occaſus. qua decurrit: meridies. ab ad
uerſa parte: ſeptentrio. huic medio terra ſub-
limis cingit̃ undiq; mari: eadẽq; in duo latera:

Hemiſphęrium. Zonę quinq;.

quę hemiſphęria nominãt̃: ab oriente diuiſa
ad occaſũ çonis quinq; diſtinguitur. mediam
ęſtus infeſtat. frigus ultimas. Reliquę habita-
biles paria agunt anni tẽpora: ue℞ nõ pariter.

Antichthones.

Antichthones alteram. nos alterã incolimus.
Illius ſitus ob ardorẽ intercedẽtis plagę inco-
gnitus. huius dicendus eſt. Hęc ergo ab ortu
porrecta ad occaſũ: & quia ſic iacet aliquãto q̃
ubi latiſſima eſt: longior ambitur omnis oce-

Quattuor ex oceano maria.

ano: quattuorq; ex eo maria recipit. Vnũ ab
ſeptẽtrione. a meridie duo. quartũ ab occaſu.
Suis locis illa referent̃. Hoc primũ anguſtum
nec amplius decem millibus paſſuum patens
terras aperit atq; intrat. Tum longe lateq; dif-
fuſum abigit uaſte cędentia littora: ijſdemq;
ex diuerſo prope coeuntibus adeo in arctum
agit̃: ut minus mille paſſibus pateat. Inde ſe
rurſus: ſed modice admodum laxat: rurſuſq;
etiã q̃ fuit: arctius exit in ſpatium. Quo cũ eſt
acceptũ ingens iterũ & magno & paludi cę-
terũ exiguo ore cõiungit̃. Id omne qua uenit:

quaq; diſpergitur/uno uocabulo noſtrũ mare dicit᷑. Anguſtias introitũq; uenientis nos fretũ. greci porthmon appellant. Qua diffundit᷑ alia alijs locis cognomina acceptat. Vbi primũ ſe coarctat: helleſpontus uocat᷑. Propontis: ubi expandit. Vbi iterum preſſit: thracius boſphorus. Vbi iterũ effundit: pontus Euxinus. Qua paludi cõmittit᷑ cimmerius boſphorus. palus ipſa mẹotis. Hoc mari & duobus inclytis amnibus Tanai & Nilo in tres partes uniuerſum diuidit᷑. Tanais a ſeptentrione ad meridiẽ uergens ĩ mediã fere mẹotidã defluit: & ex diuerſo Nilus in pelagus. Quod terrarũ iacet a freto ad ea flumina ab altero latere Africã uocamus. ab altero Europen. ad Nilum africã. ad Tanain Europen: Vltra quicquid eſt Aſia eſt. Tribus hanc e partibus tangit oceanus ita nominibus ut locis differens. Eous ab oriẽte. a meridie indicus. a ſeptentrione ſcythicus. Ipſa ingenti ac perpetua fronte uerſa ad orientẽ tantũ ibi ſe in latitudinẽ effundit: quãtũ Europe & africa: & quod inter ambas pelagus immiſſũ eſt. Inde cũ aliquatenus ſolida proceſſit ex illo oceano quẽ indicũ diximus arabicũ mare & perſicũ: ex ſcythico caſpiũ recipit: & ideo qua recipit anguſtior.

Noſtrum mare.
Fretum.
Helleſpontus.
Propontis.
Boſphor⁹ thracius
Pontus Euxinus.
Cimmerius boſphorus.
Mẹotis palus.
Tanais fluuius.
Tres orbis partes.
Africa.
Europa.
Summa aſię deſcriptio.
Eous oceanus.
Indicus.
Scythicus.
Mare arabicum.
Mare perſicum.
Mare caſpium.

Rurſus expandit͛ & fit tam lata q̃ fuerat. De-
inde cum iam in ſuum finem aliarũq; terrarũ
Aſię fines. cõfinia deuenit: media noſtris ęquoribus ex-
cipitur. reliqua altero cornu pergit ad Nilum
altero ad Tanaim. Ora eius cum alueo Nili
amnis ripis deſcendit in pelagus: & diu ſicut
illud incedit: ita ſua littora porrigit. Deinde
fit uenienti obuiam: & primũ ſe ingenti am-
bitu incuruat. poſt ſe ingenti fronte ad helleſ-
ponticum fretũ extendit. ab eo iterũ obliquat
ad boſphorũ. iterũq; ad ponticum latus curua
aditũ męotidos tranſuerſo margine attingit.
Ipſa gremio ad Tanain uſq; cõplexa fit ripa:
De aſię populis. qua Tanais eſt. In ea primos hominũ accipi-
Seres. mus ab oriente Indos & Seres & Scythas. Se-
Indi. res media ferme eoę partis incolunt. Indi ul-
tima. ambo late patentes: neq; in hoc tantum
pelagus effuſi. Spectant enim etiã meridiem
Indi: oramq; indici maris: niſi q͛ ęſtus inhabi-
tabilem efficiunt: diu continuis gentibus oc-
Scythę. cupant. Spectant & ſeptentrionem Scythę: ac
littus ſcythicum: Niſi unde frigoribus arcen-
tur: uſq; ad caſpium ſinum poſſident. Indis
Ariadne. Aria. proxima eſt ariadne. Deinde aria & cedroſis
Cedroſis. Perſis. & perſis ad ſinũ perſicũ. Hunc populi perſa-
rũ ambiunt. Illum alterũ arabes. Ab ijs: quod

in africã reſtat: ęthiopũ eſt. Illic caſpiani ſcy- Caſpiani.
this proximi ſinũ caſpiũ cingũt. Vltra Ama- Amaçones.
çones: ultraq; eas hyperborei eſſe memorãt. Hyperborei.
Interiora terrarũ multę uarięq; gẽtes habitãt
gandari: & pariani: & bactri. ſuſiani. pharma-
cotrophi. bomarei. coamani. rophanes. dachę Varij aſię populi.
Super ſcythas ſcythatumq; deſerta: ac ſuper
caſpiũ ſinũ Comari. Maſſagetę. Caduſi. Hir-
cani. Hiberi. Super Amaçonas & Hyperbo-
reos Cimmerij. Scythę. Antiachę. Georgili.
Moſchi. Corſitę. Phoriſtę. Riphaces. atq; ubi Varioꝝ aſię popu-
in noſtra maria tractus excedit: Mari. Antiba lorum nomina.
rani & notiora iam nomina Medi. Armenij.
Comageni. Mutrani. Vegeti. Cappadoces.
Gręci. Lycaones. Phryges. Perſę. Iſauri. Lydi
Syrocilices. Rurſus ex ijs: quę meridiem ſpe-
ctant: eędemq; gentes interiora littora uſq; ad
ſinũ perſicum. Super hũc ſunt Parthi & Aſ-
ſyrij. Super illum alterũ Babylonij. Et ſuper
Aethiopas ęgypti ripis Nili amnis & mari
proxima ijdem Aegyptij poſſident. Deinde
arabia anguſta fronte ſequentia littora attin- Arabia.
git. Ab ea uſq; ad flexũ illũ: quẽ ſupra rettu- Syria.
limus: Syria. & in ipſo flexu Cilicia. extra au- Cilicia.
tem Lycia & Pamphilia. Caria. Ionia. Aeolis Lycia. Troas.
Troas uſq; ad helleſpontũ. Ab eo bithyni ſũt Bithyni.

Pontici
Meotici
Sauromatę.
Summa Europę
deſcriptio.

ad thraciũ boſphorũ. Circa pontũ aliquot populi alio alioq; fine. omnes uno noĩe pontici dicũt̃. ad lacũ Męotici. ad tanain Sauromatę. EVROPA terminos habet ab oriente Tanain & męotida & pontũ. a meridie reliqua noſtri maris. ab occidente Atlanticum. a ſeptentrione Britannicũ oceanum. Ora eius forma littorũ Tanai ad helleſpontũ. qua ripa eſt dicti amnis. qua flexũ paludis ad ponticũ redigit. qua propontidi & helleſponto latere adiacet: contrarijs littoribus Aſię non oppoſita modo: uer etiã ſimilis eſt. Inde ad fretũ nunc uaſte retracta: nũc prominens tres maximos ſinus efficit: totidẽq; in altũ ſe magnis frontibus euehit. Extra fretum ad occidentem inęqualis admodum pręcipue media quę procurrit ad ſeptentrionẽ: niſi ubi ſemel iterũq; grandi receſſu abducit̃: pene ut directo limite extenta eſt. Mare: quod primo ſinu accipit Aegeũ dicitur. Quod ſequenti in ore Ioniũ. Adriaticũ interius. Quod ultimo nos tuſcum quod graij Tyrrhenũ perhibent. Gentiũ prima eſt Scythia alia q̃ dicta eſt; a Tanai media ferme pontici lateris. hinc in ęgei partẽ continens thracię ac macedonię adiungit̃. Tum gręcia prominet: Aegeumq; ab Ionio mari

Aegeum mare
Ionium
Adriaticum
Tyrrhenum
Scythia Europę.
Thracia
Macedonia
Gręcia

dirimit. Adriatici latus Illyris occupat. Inter — Illyris
ipſum adriaticum & tuſcum Italia procurrit. — Italia
In tuſco intimo gallia eſt. Vltra hiſpania eſt: — Gallia
hęc in occidentem deniq; etiã ad ſeptentrio- — Hiſpania
nem diuerſis frontibus uergit. Deinde rurſus
gallia eſt longe & a noſtris littoribus hucuſq;
promiſſa. Ab ea Germani ad Sarmatas por- — Germani
riguntur. Illi ad Aſiam. — Sarmatę.

AFRICA ab orientis parte Nilo terminata: — Summa Africę deſcriptio.
pelago a cęteris: breuior eſt quidem q̃ Euro-
pa: quia nec uſquam Aſię & non totis huius
littoribus obtendit̃. Longior tamen ipſa q̃ la-
tior: & qua ad fluuiũ attingit latiſſima: Vtq;
inde procedit: ita media pręcipue in iuga ex-
urgens pergit in curua ad occaſũ: faſtigiatq; ſe
molliter: & ideo ex ſpatio paulatim adducti-
or. Vbi finit̃: ibi maxime anguſta eſt. Quan-
tum incolitur eximie fertilis. Verũ qꝑ plęraq;
eius inculta: & aut harenis ſterilibus obducta:
aut ob ſitim cęli terrarũq; deſerta ſunt: aut in-
feſtant̃ multo ac malefico genere animalium:
uaſta eſt magis q̃ frequens. Mare: quo cingi-
tur a ſeptentrione libycum. a meridie ęthio- — Libycum mare
picum. ab occidente atlanticum dicimus. Ab — Aethiopicum
ea parte: quę libyco adiacet: proxima Nilo — Atlanticum
prouincia: quã Cyrenas uocant: Deinde cui — Cyrenę

totius regionis uocabulo cognomen inditum
Africa. — eſt: Africa. Cętera Numidę & mauri tenent.
Numidę. Mauri. — Sed mauri in atlanticū pelagus expoſiti. Vl-
Nigritę. — tra Nigritę ſunt & pharuſij: uſq; ad ęthiopas.
Hi & reliqua huius & totū latus: quod meri-
diem ſpectat: uſq; in aſię confinia poſſident.
Libyes Aegyptij. — At ſuper ea: quę libyco mari abluūtur libyes
Leucoęthiopes. — ęgyptij ſunt: & Leucoęthiopes & natio fre-
Getuli. — quens multiplexq; getuli. Deinde late uacat
regio perpetuo tractu inhabitabilis. Tū pri-
Garamantes. — mos ab oriente garamātas. poſt augilas & tro
Augilę. — glodytas & ultimos ad occaſum atlantas au-
Troglodytę. — dimus. Intra ſi credere libet: uix iam homi-
Atlantes. — nes magiſq; ſemiferi ęgypanes & blemmyę
Aegypanes. — & gamphaſantes & ſatyri ſine tectis paſſim
Blemmyę. — ac ſedibus uagi habent potius terras: q̄ habi-
Gamphaſantes. — tent. Hęc ſūma noſtri orbis. hę maxime par-
Satyri. — tes. hę formę genteſq; partiū. Nunc exactius
oras ſituſq; dicturo inde eſt cōmodiſſimū in-
cipere: unde terras noſtrū pelagus ingreditur
Et ab ijs potiſſimū: quę influenti dextra ſunt.
Deinde ſtringere littora ordine: quo iacent:
peragratiſq; omnibus: quę mare attingunt:
legere etiam illa: quę cingit oceanus: donec
curſus incepti operis intra extraq; circumue-
ctus orbem illuc: unde cœperit, redeat.

DICTVM EST atlanticũ eſſe oceanũ: qui terras ab occidente cõtingeret. hinc in noſtrũ mare pergentibus lęua hiſpania. Mauritania dextra eſt. Primę partes illę Europę. hę Africę. Eius orę finis Muluca. caput atq; exordiũ eſt promontoriũ: quod gręci ampeluſian: afri aliter ſed idẽ ſignificãte uocabulo appellant. In eo eſt ſpecus Herculi ſacer: & ultra ſpecũ Tinge oppidum peruetus ab Antęo: ut ferũt conditũ. Extat rei ſiguũ parma elephantino tergore execto ingens: & ob magnitudinem nulli nunc uſuro habilis: quam locorũ accolę ab illo geſtatam pro uero habẽt traduntq;: & inde eximie colũt. Deinde eſt mons pręaltus ei: quẽ ex aduerſo hiſpania attollit obiectus. hunc abylam. illum calpen uocant. columnas Herculis utrũq;. Addit fama nominis fabulã Herculem ipſum iũctos olim perpetuo iugo diremiſſe colles: atq; ita excluſum antea mole montiũ oceanũ: ad quę nunc inundat/admiſſum. Hinc iam mare latius funditur: ſummotaſq; uaſtius terras magno impetu inflectit. Cęterũ regio ignobilis: & uix quicq̃ illuſtre ſortita paruis oppidis habitat. parua flumina emittit: ſolo q̃ uiris melior: & ſegnitie gentis obſcura. Ex ijs tamen: quę commemorare nõ

Particularis africę deſcriptio.

Muluca fluuius.

Ampeluſia promontorium.

Specus Herculis.

Tinge.

Antęi monumẽtũ.

Abyla. Calpe.

Herculis columnę

Septem montes fratres appellati.
Vada fluuius
Ruſigada. Siga.
Muluca
Numidia
Ampſacus
Cyrtha
Iola
Cęſarea
Cattinna
Arſinna. Ampſa.
Laturus ſinus
Sardabale
Icoſium
Ancus. Nabar.

piget: Montes ſūt alti: qui continenter & q̃ſi de induſtria in ordinem expoſiti ob numerū ſeptem ob ſimilitudinē fratres uocant. Tum uada fluuius: & ruſigada & ſiga paruę urbes: & portus: cui magno eſt cognomen ob ſpatium. Muluca ille: quem diximus: amnis eſt ingentium olim regnorum terminus Bocchi Iugurthęq;. Ab eo Numidia ad ripas expoſita fluminis ampſaci ſpatio quidē q̃ Mauritania anguſtior eſt: Verū & culta magis & ditior. Vrbiū: quas habet maximę ſunt Cyrtha procul a mari: nunc Sucianoꝝ colonia: quondam regum domus Iubę & Siphacis: cū foret opulentiſſima. Iola ad mare aliquando ignobilis: Nunc quia Iubę regia fuit: & ꝙ cęſarea uocitat illuſtris. Citra hanc: nam ī medio ferme littore ſita eſt: Cattinna & Arſinna ſunt oppida & ampſa caſtellū & Laturus ſinus & ſardabale fluuius ultra monumentū cōmune regię gentis. Deinde Icoſiū & uthiſia urbes. effluentes inter eas Ancus & Nabar: aliaq; quę taceri nullū rerū famęue diſpendium eſt. Interius & longe ſatis a littore: ſi fidem res capit: mirū admodum ſpinę piſcium. muricum oſtreorumq; fragmenta: ſaxa attrita uti ſolent fluctibus & non differentia: marinis infixę

cautibus anchorę: Alia & huiuſmodi ſigna
atq; ueſtigia effuſi olim uſq; ad ea loca pelagi
in campis nihil alentibus eſſe inueniriq; nar-
rantur. Regio quę ſequit᷑ a promontorio Me-
tagonio ad aras philenorum proprie nomen — Quę ꝓprie Africa.
Africę uſurpat. In ea ſunt oppida Hippore- — Hipporegius
gius & Ruſicade & Tabraca. Deinde tria pro- — Ruſicade
montoria: candidū. apollinis. mercurij: uaſte — Tabraca.
proiecta in altum duos grandes ſinus efficiūt
hipponenſem uocant proximum ab hippo- — Hipponēſis ſinus
nediarico: quod littori eius appoſitum eſt. In — Lęlia caſtra
altero ſunt caſtra lęlia. caſtra cornelia. flumen — Cornelia caſtra
Bragada. Vtica. & Carthago. ambę inclytę: — Bragada fluuius
ambę a phœnicibus conditę. Illa fato Catonis — Vtica
inſignis. hęc ſuo: nūc populi romani colonia: — Carthago
olim imperij eius pertinax ęmula. Iam qui-
dem iterum opulenta: etiam nunc tam prio-
rum excidio rerum q̄ ope pręſentium clarior — Hadrumentum.
Hadrumentum. Leptis. Clupea. Habroma- — Leptis. Clupea
cte. Phyre. Neapolis hinc ad ſyrtim adiacēt: — Habromacte
ut inter ignobilia celeberrimę Syrti ſinus eſt — Phyre. Neapolis.
centū fere milia paſſuū: qua mare accipit pa- — Syrtis
tens: trecenta: qua cingit᷑: Veꝝ importuoſus
atq; atrox: & ob uadorū frequentium breuia
magiſq; etiā ob alternos motus pelagi affluen
tis & refluentis infeſtus. Super hunc ingens

Triton fluuius.
Tritonis palus.
Vbi genita Minerua.
Oça.
Cinyps fluuius.
Altera Syrtis.
Borion promontorium.
Lotophagi.
Phicon promontorium.
Arę philenorum unde.
Cyrenaica prouincia.
Hāmonis oraculū.
Fons ſolis.
Rupes auſtro ſacra

palus amnem Tritona recipit. ipſa Tritonis: Vnde & Mineruę cognomen inditum eſt: ut incolę arbitrant̃ ibi genitę: faciuntq; ei fabulę aliquam fidem, ꝙ quem natalem eius putāt: ludicris uirginū inter ſe decertantiū celebrāt. Vltra eſt Oça oppidū. & Cinyps fluuius per uberrima arua decidens. Tum leptis altera & ſyrtis nomine atq; ingenio par priori. Cęterū altero fere ſpatio qua dehiſcit: quaq; flexum agit, amplior. Eius promontoriū eſt Borion: ab eoq; incipiens ora quā Lotophagi tenuiſſe dicunt̃ uſq; ad phiconta: & id promontorium eſt importuoſo littore pertinax. Arę ipſe nomen ex philenis fratribus traxere: qui contra cyrenaicos miſſi Carthagine ad dirimendum conditione bellū diu iam de finibus & cū magnis amboꝝ cladibus geſtū: Poſtq̃ in eo quod conuenerat nō manebat̃: ut ubi legati concurrerant certo tēpore utrinq; dimiſſi ibi termini ſtatuerent̃: pacti de integro ut quicquid citra eſſet: popularibus cederet: mirū & memoria digniſſimū facinus hic ſe uiuos obrui pertulerūt. Inde ad catabatmon cyrenaica ꝓuincia eſt in eaq; ſunt Hammonis oraculū fidei inclytę: & fons: quem ſolis appellant: & rupes quędā auſtro ſacra. Hęc cū hominū manu attingit̃:

ille īmodicus exurgit: harenaſq; quaſi maria agens ſic ſęuit: ut ęquor fluctibus. fons media nocte feruet. mox & paulatim tepeſcēs fit luce frigidus: tunc ut ſol ſurgit ita frigidior. ſubinde per meridiē maxime riget. ſumit deinde tepores iterum & prima nocte calidus: atq; ut illa procedit: ita calidior. rurſus cum eſt media perferuet. In littore promontoria ſunt çephyrion. & nauſtathmos. portus paretonius: Vrbes: Heſperia. Apollonia. Ptolemais. Arſinoe. atq; unde terris nomen eſt: ipſa Cyrene. Catabatmos uallis deuexa in ęgyptū finit africam. Orę ſic habitant ad noſtrū maxime ritum moratis cultoribus: niſi ꝙ quidam linguis differūt & cultu deorū: quos patrios ſeruant ac patrio more uenerāt. Proximis nullę quidē urbes ſtant. tamen domicilia ſunt: quę Mapalia appellantur. uictus aſper & mundicijs carens. primores ſagis uelant. uulgus beſtiarū pecudūq; pellibus. humi quies epulęq; capiunt. Vaſa ligno fiūt aut cortice. potus eſt lac ſuccuſq; baccarum. cibus eſt caro plurimū ferina (Nam gregibus quia id ſolum optimū eſt: quoad poteſt: parcitur). Interiores etiam incultius. ſequunt uagi pecora: utq; a pabulo ducta ſunt: ita ſe ac tuguria ſua promouent

Mira fontis natura

Zephyrion promontorium.

Paretonius portus.

Heſperia. Apollonia. Ptolemais.

Arſinoe. Cyrene.

Catabatmos.

Mapalia.

Aſperi populorū mores.

Atlantes.

Troglodytę.

Garamantes.

Augilę.

Gamphaſantes.

atq; ubi dies deficit: ibi noctem agunt. quanq̃ in familias paſſim & ſine lege diſperſi, nihil in commune conſultant: tamen quia ſingulis aliquot ſimul coniuges, & plures ob id liberi agnatiq; ſunt nuſq̃ pauci. Ex his qui ultra deſerta eſſe memorantur: Atlantes ſolem execrantur: & dum oritur & dum occidit ut ipſis agriſq; peſtiferum. Nomina ſinguli non habent. non ueſcuntur animalibus. neq; illis in quiete qualia cęteris mortalibus uiſere datur. Troglodytę nullarum opum domini ſtrident magis q̃ loquuntur. ſpecus ſubeunt aluntur q; ſerpentibus. Apud garamantas etiã armenta ſunt ea: quę obliqua ceruice paſcuntur. Nam pronis directa in humũ cornua officiũt. Nulli certa uxor eſt. Ex his qui tam cõfuſo parentũ coitu paſſim incertiq; naſcunt: quos ꝑ ſuis colant: formę ſimilitudine agnoſcũt. Augilę manes tantum deos putant. per eos deierant. eos ut oracula conſulunt: pręcatiq; quę uolũt: ubi tumulis incubuere: ꝑ reſponſis ferũt ſomnia. Fœminis eorũ ſolenne eſt nocte: qua nubũt: omniũ ſtupro patere: qui cũ munere aduenerint: & tum cũ plurimis cõcubuiſſe maximũ decus. in reliquũ pudicitia inſignis eſt. Nudi ſunt Gamphaſantes: armorũq; omniũ

ignari. nec uitare ſciunt tela nec iacere: ideoq́ obuios fugiunt. neq́ alioꝝ q̄ quibus idem ingenij eſt: aut congreſſus aut colloquia patiūt. Blemmyis capita abſunt. uultus ī pectore eſt. Satyris pręter effigiē nihil humani. Aegypanum quę celebrat ea forma eſt. Hęc de africa. ASIAE prima pars Aegyptus inter catabatmon & arabas ab hoc littore penitus immiſſa donec ęthiopiam dorſo cōtingat: ad meridiē refugit terra expers imbriū mire tamen fertilis & hominū aliorūq́ animaliū perfęcunda generatrix: Nilus efficit amniū ī noſtrū mare permeantiū maximus. Hic ex deſertis africę miſſus nec ſtatim nauigari facilis: nec ſtatim nilus eſt: & cū diu ſimplex ſęuuſq́ deſcendit: circa Meroen late patentem inſulam ī ęthiopiam diffunditur: alteraq́ ex parte aſtabores altera aſtape dictus eſt. ubi rurſus coit: ibi nomen hoc capit. Inde partim aſper partim nauigia patiens in immanem lacum deuenit: ex quo pręcipiti impetu egreſſus & talenſo alteram inſulam amplexus uſq́ ad elephantilem urbē ęgyptiā atrox adhuc feruenſq́ decurrit: Tū demū placidior: & iam pene nauigabilis: primū iuxta certaſorū oppidum triplex eſſe incipit. Deinde iterūq́ diuiſus ad Deltam &

Blemmyę.
Satyri.
Aegypanes.
Aſię deſcriptio particularis.
Aegyptus.
Nilus.
Meroe.
Talenſos.
Certaſorū oppidū.
Delta.

Melis.

ad Melin it per omnem ęgyptum uagus atqꝫ diſperſus ſeptemqꝫ in ora ſe ſcindens ſingulis tamen grandis euoluitur. Non pererrat autē tantum eam: ſed ęſtiuo ſydere exundans etiā irrigat: adeo efficacibus aquis ad generandū alendumque ut pręter id ꝙ ſcatet piſcibus. ꝙ

Hippopotami.
Crocodili.

hippopotamos crocodiloſqꝫ uaſtas belluas gi/gnit: glebis etiam infundat animas: ex ipſaqꝫ humo uitalia effingat. hoc eo manifeſtum eſt ꝙ ubi ſedauit diluuia: ac ſe ſibi reddidit: per humentes campos quędā nondum perfecta animalia: ſed tum primum accipientia ſpiri/tum / & ex parte iam formata / ex parte adhuc

Cur Nilus creſcat.

terrea uiſuntur. Creſcit porro: ſiue ꝙ ſolute magnis ęſtibus niues ex immanibus ęthiopię iugis largius q̃ ripis accipi queant / defluunt: ſiue ꝙ ſol hyeme terris propior: & ob id fon/tem eius minuens tunc altius abit: ſinitqꝫ in/tegrum: & ut eſt pleniſſimus / ſurgere: ſiue ꝙ per ea tempora flantes etheſię aut actas a ſe/ptentrione in meridiē nubes ſuper principia eius imbre pręcipitāt: aut uenienti obuię ad/uerſo ſpiritu curſum deſcendentis impediūt: aut harenis: quas cum fluctibus littori appli/cant / hoſtia obducunt: fitqꝫ maior: uel ꝙ nihil ex ſemet amittit: uel ꝙ plus q̃ ſolet accipit:

uel ꝙ minus q̃ debet emittit. Qꝫ ſi eſt alter or-
bis: ſuntqꝫ oppoſiti nobis a meridie Antich-
thones: ne illud quidem a uero nimiũ abſceſ-
ſerit: in illis terris ortum amnem: ubi ſubter
maria cęco alueo penetrauerit: in noſtris rur-
ſus emergere: & hac re ſolſtitio accreſcere: ꝙ
tum hyems ſit: unde oritur. Alia quoqꝫ in his
terris mira ſunt. In quodam lacu chemnis in-
ſula lucos ſiluaſqꝫ & Apollinis grande ſuſti-
nens templum natat & quocũqꝫ uenti agunt
pellitur. Pyramides tricenũ pedum lapidibus
extructę: quarum maxima (tres nanqꝫ ſunt)
quattuor fere ſoli iugera: quę ſede occupat:
totidẽ in altitudinẽ erigit. Moeris aliquando
campus nũc lacus uiginti milia paſſuũ in cir-
cuitu patens: altior q̃ ad nauigandum magnis
onuſtiſqꝫ nauibus ſatis eſt. Pſaminetię opus
labyrinthus domos mille & regias duodecim
perpetuo parietis ambitu amplexus marmo-
re extructus ac tectus unũ in ſe deſcenſum ha
bet: intus pene innumerabiles uias multis am
bagibus huc & illuc remeantibus: ſed conti-
nuo anfractu & ſępe reuocatis porticibus anci
pites: quibus ſubinde aliũ ſuper alios orbem
agentibus: & ſubinde tantum redeunte flexu
quantum proceſſerat: magno & inexplicabili

Antichthones

Quę in ęgypto mira.

Chemnis

Mirum

Pyramides

Moeris lacus

Labyrinthus

Aegyptioꝝ mores

Apis ęgyptiorum numen.

Aegyptij hominũ uetuſtiſſimi.

Amaſis

tamen errore perplexus eſt. Cultores regionũ multo aliter a cęteris agunt. mortuos fimo obliti plangũt. nec cremare aut fodere fas putant: uerũ arte medicatos intra penetralia collocant. Suis litteris peruerſe utuntur. lutũ inter manus. farinam calcibus ſubigunt. Forũ ac negocia fœminę. uiri penſa ac domos curant. onera illę humeris. hi capitibus accipiunt. parentes cũ egent illis neceſſe eſt: his liberũ eſt alere. cibos palam & extra ſua tecta capiunt. obſcena intimis ędiũ reddunt. colunt effigies multorum animaliũ atq; ipſa magis animalia ſed alij alia: adeo ut quędam eorũ etiam per imprudentiam interemiſſe capitale ſit: & ubi morbo aut forte extincta ſint ſepelire ac lugere ſolenne ſit. Apis populorũ omniũ numen eſt Bos niger certis maculis inſignis: & cauda linguaq; diſſimilis alioꝝ. raro naſcit̃ nec coitu pecoris: ut aiunt: ſed diuinitus & cęleſti igne conceptus: dieſq; quo gignitur genti maxime feſtus eſt. Ipſi uetuſtiſſimi: ut prędicãt: hominum trecẽtos & triginta reges ante Amaſim: & ſupra tredecim miliũ annorũ ętates certis annalibus referũt: mandatũq; litteris ſeruant: dum ęgyptij ſunt quater curſus ſuos uertiſſe ſydera: ac ſolem bis iam occidiſſe: unde nunc

oritur. uiginti milia urbium Amaſi regnante habitarunt: & nunc multas habitant. Earum clariſſimę procul a mari. Says. Memphys. Syene. Bubaſtis. Elephantin. & Thebę utiq;: ut Homero dictum eſt: centũ portas: ſiue ut alij aiunt: centũ aulas habẽt: totidem olim principũ domos: ſolitaſq; ſingulas ubi negocium exegerat: dena armatorum milia effundere. In littore Alexandria africę cõtermina. Peluſium arabię ipſas oras ſecat. Canopicũ. Volbiticum. Seueniticum. Pathameticũ. Mendeſium. Cataptiſcum. Peluſiacum nili hoſtia.

Aegypti urbes

Homerus

Alexandria

Nili hoſtia

ARABIA hinc ad rubrũ mare pertinet: ſed illic magis lęta & ditior: thure atq; odoribus abundat. hic niſi qua Caſio monte attollitur: plana & ſterilis portũ admittit Açotum ſuarum mercium emporiũ. Qua in altum abit: adeo edita ut ex ſummo uertice a quarta uigilia ortum ſolis oſtendat.

Arabia

Caſius mons

Açotus portus

SYRIA late littora tenet terraſq; etiam latius introrſus alijs alijſq; nuncupata nominibus. Nam & cœle dicitur: & meſopotamia: & damaſcene: & adiabene: & babylonia: & iudęa & colophone. Hinc Palęſtina eſt: qua tangit arabas cũ phœnice: & ubi ſe cilicię cõmittit: Antiochia. olim ac diu potens: Sed cum eam

Syria

Varia Syrię nomina.

Palęſtina

Antiochia.

Semiramis
regno Semiramis tenuit longe potentiſſima.
operibus certe eius inſignia multa ſunt. duo
maxime excellūt. cōſtituta urbs mirę magni-
Babylon
tudinis Babylon: ac ſiccis olim regionibs Eu-
phrates & Tygris īmiſſi. Cęterū in Palęſtina
Gaça urbs
eſt ingens & munita admodū Gaça: ſic Per-
ſę ęrarium uocant: & inde nomen eſt: ꝙ cum
Cambyſes
Cambyſes armis ęgyptū peteret: huc belli &
opes & pecuniam intulerat. Eſt non minor
Aſcalon. Iope.
Aſcalon. Eſt Iope ante diluuiū: ut ferūt: con-
Cepheus
dita: ubi Cephea regnaſſe eo ſigno accolę af-
Phineus.
firmant: ꝙ titulū eius fratriſq; phinei: ueteres
quędam arę cum religione plurima retinent.
quin etiam rei celebratę carminibus ac fabu-
Perſeus
lis ſeruatęq; a Perſeo Andromedę clarū ueſti
Andromeda
giū bellue marinę oſſa immania oſtentant.
Phœnice
PHOENICEN illuſtrauere Phœnices ſol-
lers hominū genus: & ad belli paciſq; munia
eximiū: litteras & litterarum operas: aliaſq;
Phœnicū inuenta egregia.
etiam artes. maria nauibus adire. claſſe confli-
gere. imperitare gentibus regnum pręliumq;
Tyros
cōmenti. In ea eſt Tyros aliquādo inſula nūc
annexa terris defecit: ꝙ ab impugnāte quon-
Alexander
dam Alexandro iacta opera uici tenent ulte-
Sidon
riora. Et adhuc opulenta Sidon anteq̄ a Perſis
caperet maritimarū urbiū maxima. Ab ea ad

promontorium euproſopon duo ſunt oppida bubos & bactros. ultra tria fuerũt ſingulis inter ſe ſtadijs diſtantia. locus ex numero tripolis dicitur. Tum ſmyrna caſtellũ & urbs non obſcura marathos. Inde iam non obliqua pelago: ſed aduerſa adiacens a terra grandẽ ſinũ inflexo tractu littoris accipit. populi dites circunſident. ſitus efficit: quia regio fertilis crebris & nauigabilis alueis fluminũ peruia diuerſas opes maris atq; terrarum facili cõmercio permutat ac miſcet. In eo prima eſt reliqua pars ſyrię: cui antiochię cognomen additur. & ĩ ora eius urbes Seleutia. hyppatos. berytos. laodicea. aroſos. amneſq; inter eas eunt lichos & hyppatos & orrontes. Tum mons amanus: & ab eo ſtatim mariandros & cilices At in receſſu intimo locus eſt magni aliquando diſcriminis fuſorũ ab Alexandro perſarũ fugientiſq; Darij ſpectator ac teſtis. Nunc ne minima quidem tunc ingenti urbe celebris iſſos fuit: & hac re ſinus iſſicus dicitur. procul inde Amynodes promontoriũ inter pyramũ cydnumq; fluuios iacet. Pyramus iſſo prior maloſen pręterfluit. Cydnus ultra ꝑ tarſum exit. Deinde urbs eſt olim a rhodijs argiuiſq; poſt piratis Pompeio aſſignante poſſeſſa. nũc

Euproſopon promontorium.
Bubos. Bactros.
Tripolis unde.
Smyrna
Marathos
Antiochia
Antiochię urbes
Lichos. Hyppatos
Ortontes. Amanꝰ.
Cilices
Alexander
Darius
Iſſos
Iſſicus ſinus.
Amynodes promontorium.
Pyramus
Cydnus

Pompeiopolis
Arati monumentum.
Corycos
Corycius ſpecus
Specus alter
Mira ſpecus natura.

pompeiopolis.tunc Soloe. Iuxta in paruo tumulo Arati poetę monumentū ideo referendum:quia ignotū quam ob cauſam iacta in id ſaxa diſſiliunt.Non longe hinc corycos oppidum portu ſaloqꝫ incingitur anguſto tergore continenti adnexum. Supra ſpecus eſt nomine Corycius ſingulari ingenio ac ſupra q̄ ut deſcribi facile poſſit: eximius. Grandi nanqꝫ hiatu patens montē littori appoſitū: & decē ſtadiorū cliuo ſatis arduum ex ſummo ſtatim uertice aperit. Tunc alte demiſſus & quantū demittitur amplior uiret lucis pubentibus undiqꝫ & totū ſe nemoroſo laterū orbe complectitur adeo mirificus ac pulcher: ut mentes accedentiū primo aſpectu conſternat: ubi contemplati durauere nō ſaciat. Vnus in eum deſcenſus eſt anguſtus aſper quingentorum & mille paſſuū per amœnas umbras & opaca ſiluę quiddam agreſte reſonātis riuis hinc atqꝫ illinc fluitantibus. Vbi ad ima peruentū eſt:rurſus ſpecus alter aperitur ob alia dicendus. Terret ingredientes ſonitu cymbalorum diuinitus & magno fragore crepitantiū. Deinde aliquandiu perſpicuus: mox & quo magis ſubitur: obſcurior ducit auſos penitus alteqꝫ quaſi cuniculo admittit. Ibi ingens amnis

ingẽti fronte ſe extollens tantũmodo ſe oſten
dit: & ubi magnũ impetũ breui alueo traxit:
iterũ demerſus abſconditur. Intra ſpatium eſt
magis q̃ ut progredi quiſq̃ auſit horribile &
ideo incognitũ. Totus autẽ anguſtus & uere
ſacer: habitariq; a dijs & dignus & creditus.
nihil nõ uenerabile & quaſi cũ aliquo numi-
ne ſe oſtentat. Alius ultra eſt: quẽ typhoneũ
uocant ore anguſto & multũ: ut experti tra-
didere: preſſus & ob id aſſidua nocte ſuffuſus
neq; unq̃ perſpici facilis. ſed quia aliquando
cubile typhonis fuit: & quia nunc demiſſa in
ſe cõfeſtim exanimat natura fabulaq; memo-
randus. Duo deinde promontoria ſũt Sarpe-
don finis aliquãdo regni ſarpedonis: & quod
ciliciã a pamphilia diſtinguit: anemuriũ: in-
terq; ea cetandaris & natidos ſamiorũ colonię
ſed cetandaris ſarpedoni propior. In pamphi-
lia eſt Melas nauigabilis fluuius. oppidũ Sida
& alter fluuius Eurymedon. Magna apud eũ
Cymonis athenienſiũ ducis aduerſus pheni-
cas & Perſas naualis pugna atq; uictoria fuit.
Mare: quo pugnatũ eſt: ex edito admodũ col-
le ꝓſpectat aſperidos: quã argiui condiderant
poſſedere finitimi. Deinde alij duo ualidiſſi-
mi fluuij œſtros & carathes. œſtros nauigari

Typhoneus ſpe-
cus.

Cubile Typhonis

Sarpedon & Ane-
muriũ promon-
toria.

Cetandaris

Natidos

Pamphilia

Melas fluuius

Sida. Eurymedon.

Cymon athenien-
ſium dux.

Aſperidos

Oeſtros & Cara-
thes fluuij.

facilis. hic quia ſe pręcipitat ita dictus. Inter eos Perga eſt oppidū: & dianę: quam ab oppido pergeam uocant templū. Trans eoſdem mons ſardemiſos & phaſelis a mopſo condita finis pamphilię. lycia cōtinuo cognominata a lyco rege pandionis filio atq;: ut ferūt: infeſtata olim chymęrę ignibus Sydę portu & tauri promontorio grandē ſinū claudit. Taurus ipſe ab eois littoribus exurgens uaſte ſatis attollit̄: Deinde dextro latere ad ſeptentrionē. ſiniſtro ad meridiē uerſus it in occidentē rectus & perpetuo iugo: magnarūq; gentium qua dorſum agit: terminus. ubi terras dirimit: exit in pelagus. Idē autē & totus ut dictus eſt: dicitur etiā qua ſpectat orientem. Deinde hęmodes & caucaſus & propaniſus. Tum caſpię pilę. niphates & armenię pilę: & ubi iam noſtra maria contingit: taurus iterum. Poſt eius promontoriū flumē eſt lymira: & eodem nomine ciuitas: atq; ut multa oppida ſic pręter Pataram non illuſtria. Illam nobilē facit delubrū Apollinis quondā opibus & oraculi fide delphico ſimile. Vltra eſt xanthus flumen & xanthos oppidū. mons cragus. & quę lyciā finit: urbs telmiſos. Caria ſequit̄. habitat̄ incertę originis. alij indigenas. ſunt qui pelaſgos.

Perga
Diana Pergea.
Sardemiſos mons
Phaſelis
Lycia unde.
Chymęra
Taurus mons
Tauri montis uaria nomina.
Lymira
Patara delubro Apollinis clara.
Xanthus flumen.
Cragus
Telmiſos
Caria

quidā cretas exiſtimāt. genus uſq; eo quondā armorū pugnęq; amans: ut aliena etiam bella mercede agerēt. hic caſtella aliquot ſunt. Deinde promōtoria duo pedalion & citria: & ſecundū galbiam amnem gaunus oppidum ualitudine habitantium infame. inde ad alicarnaſſon hęc adiacent rhodiorum aliquot colonię. portus duo gelos: & cui ex urbe: quā amplectitur thyſſamiſſa cognomen eſt. Inter eos oppidum larumna & pandion collis in mare emiſſus. tum tres ex ordine ſinus Thymnias. Schenus. Bubeſius. Thymnię promontoriū Aphrodiſium eſt. Schenus ambit hylam. Bubeſius cynotū. Cydnus in cornu pene inſulę. Interq; eam & tetraticū ſinū in receſſu poſita eutiana. Alicarnaſſos argiuorū colonia eſt & cur memoranda ſit pręter conditores: mauſolęum efficit regis mauſoli monumētū unū de miraculis ſeptē artemiſię opus. Trans alicarnaſſon illa ſunt littus leuca. urbes myridos aruanda. neapolis. ſinus iaſus & baſilicus. In iaſo eſt barcilos. Poſt baſilicū ionia aliquot ſe ambagibus ſinuat & primum a poſſideo promontorio inflexū inchoans cingit oraculum apollinis dictū olim bramatię nunc didymi. Miletū urbē quondā ionię totius belli paciſq;

Pedalion promontorium
Gaunus
Gelos
Thyſſamiſſa
Larumna
Pandion collis
Tres ſinus
Tetraticus ſinus
Eutiana
Alicarnaſſus
Mauſolęum
Vrbium quarundam nomina
Sinus Iaſius & Baſilicus.
Ionia
Miletus

Thales aſtrologus
Timotheus muſicus. Anaximander phyſicus.
Hyppis. Mẹander
Latmus mons.
Endymion
Priene
Geſus fluuius
Panionium unde
Phygeta. Epheſus
Amaçones (dos.
Cayſtros. Lybe-
Clarius Apollo
Ephygonos
Colophon
Mopſus
Smyrneus ſinus
Coryna
Thermodon

artibus principem patriam Thaletis aſtrologi & Timothei muſici & Anaximandri phyſici aliorūq; ciuium inclytis ingenijs merito inclytam: utcunq; Ioniam uocant urbē. hyppin amnis mẹandri exitū. Latmum montē endymionis a luna: ut ferunt: adamati fabula nobilem. Deinde rurſus inflexa cingit urbē prienen & geſi fluminis oſtium moxq; ut maiore circuitu: ita plura complectitur. Ibi eſt Panionium ſacra regio: & ob id eo nomine appellata: ꝙ eam cōmuniter iones colunt: ibi a fugitiuis (ut aiunt) condita. nomen famẹ annuit phygeta. Ibi epheſus & dianẹ clariſſimū templum: quod Amaçones aſia potitẹ conſecraſſe tradunt. Ibi cayſtros amnis. Ibi lybedos: clarijq; Apollinis fanū: quod manto tireſiẹ filia fugiens uictores thebanoꝝ. ephygonos & colophon: quā Mopſus eiuſdē mantos filius ſtatuit. ad promontoriū: quo ſinus clauditur: quod altera parte aliū: quē ſmyrneū uocant: efficit: anguſtiſq; ceruicibus reliqua extendit: in latius abit in peninſulẹ faciem ſupet anguſtias hinc ceos illinc claçomena. & quia terga agūt confinio adnexa mari diuerſis frontibus diuerſa maria proſpectant. In ipſa peninſula eſt Coryna. in ſinu ſmyrneo eſt thermodon

amnis: & urbs leuca. extra phocis ionię ultima. Proxima regio ex quo ab ęolijs incoli cœpit eolis facta: ante myſia: & qua helleſpontū attingit troianis poſſidentibus troas fuit. Primam urbē a myrino conditore myrinam uocant. Sequentē pelops ſtatuit uicto œnomao reuerſus ex gręcia. çimon nominauit pulſis: qui habitarāt: dux amaçonū çime. ſupra caycus inter eleam decurrit & pytanem illā: quę archeſilan tulit nihil affirmantis achademię clariſſimū antiſtitem. Tū in promontorio eſt cyrma oppidū: quod pręteruectos ſinus excipit non paruus: ſed longe ac molliter flexus retrahenſq; paulatim oras uſq; ad ima montis idę. Iſthmos paruis urbibus aſperſus eſt: quarū clariſſima eſt ciſtena. gremio interiore campus thebe nomine adrymetion auſtram. creſſam oppida eodē: quo dicta ſunt ordine: adiacentia cōtinet. In altero latere Antandrū duplex cauſa nominis iactatur. alij Aſcanium Aeneę filiū: cū ibi regnaret: captū a pelaſgis ea ſe redemiſſe cōmemorāt. Alij ab ijs putant conditam: quos ex andro inſula uis & ſeditio exegerat. Hi antandrū quaſi ꝓ andro. illi q̃ſi ꝓ uiro accipi uolunt. Sequens tractus tangit gargara & aſſona ętolorū colonias. Tū ſinus

Aeolis
Myſia
Troas
Myrina
Pelops
Caycus
Elea. Pytanę.
Archeſilas
Cyrma
Ciſtena
Adrymetion
Auſtra. Creſſa.
Antandrus unde.
Aſcanius
Gargara. Aſſon.

Ilium — alter achęon limen nõ longe ab ilio littora in-
Sigeum — curuat urbe bello excidioq; clariſſima. Hic Si-
geũ fuit oppidũ. hic achiuorum fuit bellantiũ
Scamander — ſtatio. Huc ab idęo monte demiſſus ſcaman-
Ida — der exit & Simois fama q̃ natura maiora flu-
Simois — mina. Ipſe mons uetere diuarũ certamine &
Paris — iudicio paridis memoratus orientẽ ſolem ali-
ter: q̃ in alijs terris ſolet aſpici/oſtentat. nanq;
ex ſummo uertice eius ſpeculantibus pene a
media nocte ſparſi ignes paſſim micare: & ut
lux appropinquat: ita coire ac ſe coniungere
uident᷑: donec magis magiſq; collecti paucio-
res ſubinde & una ad poſtremũ flãma arde-
ant. ea cum diu clara & incendio ſimilis efful-
ſit: cogit ſe ac rotundat & fit ingens globus.
diu is quoq; grandis & terris adnexus appa-
ret: deinde paulatim decreſcens: & quãto de-
creſcit: eo clarior fugat nouiſſime noctem: &
cum die iam ſol factus attollitur. Extra ſinum
Rhetęum — ſunt rhetęa littora a Rhetęo & dardania claris
Dardania — urbibus: Aiacis tamen ſepulchro maxime il-
Aiax — luſtria. Ab his fit arctius mare: nec iam abluit
terras: ſed rurſus diuidens anguſto helleſpon
ti freto littus obuiũ findit: facitq; ut iterũ ter-
Bithyni — rę: qua fluit: latera ſint. Interius bithyni ſunt
Mariandynei — & mariandynei. In ora graię urbes abydos &

lampſacum & parion & priapos. Abydos ma-
gni quondam amoris cōmertio inſignis eſt.
Lampſacū phocęis appellantibus nomen ex
eo traxit: q̄ conſulentibus: in quaſnam terras
potiſſimū tenderent: reſponſū erat: ubi pri-
mū fulſiſſet: ibi ſedem capeſſere. Tum rurſus
fit apertius mare propontis. In id Granicus
effundit̄ pugna: quę primum inter perſas &
Alexandrū fuit: nobilis. Trans amnem ſedet
in ceruice pene inſulę cyçicū. nomen cyçicus
indidit: quem a minyis imprudentibus: cum
colchos peterent: fuſum acie cęſumq́ accepi-
mus. Poſt plagęa & cylace paruę pelaſgorum
colonię: quibus a tergo īminet mons olym-
pus: ut incolę uocaut: Myſius. flumen rhyn-
dacem in quę ſequunt̄ emittit. Circa angues
naſcuntur immanes: neq́ ob magnitudinem
modo: ſed ob id etiam mirabiles: q̄ ubi in al-
ueum eius ęſtus ſolemq́ fugerunt: emergunt
atq́ biant: ſuperuolanteſq́ aues: q̄uis alte &
perniciter ferantur, abſorbēt. Trans rhynda-
cem eſt daſilos: & quam colophonij colloca-
uere myſrela. Duo ſunt inde modici ſinus. al-
ter ſine nomine chion amplectitur Phrygię
haud longe iacētis opportuniſſimū emporiū.
alter olbianos. in promontorio fert Neptuni

Abydos
Lampſacū unde.
Granicus
Cyçicum
Plagęa. Cylace.
Olympus
Rhyndaces
Mirum de ſerpen-
tibus.
Daſilos
Myſrela
Chios

Aſtacos

fanū. in gremio aſtacon a megarenſibus con-
ditā. Deinde priores terrę iterū iacent: exitu-
riq; ī pontū pelagi canalis anguſtior. Europā

Thracius boſphorus.

ab aſia ſtadijs quinq; diſterminat thracius: ut
dictū eſt: boſphorus. Ipſis in faucibus oppi-

Chalcedon

dum. in ore templū eſt. oppidi nomen chal-
cedon. auctor Archias megarenſiū princeps.
tēpli numen Iupiter conditore Iaſo. Hic iam
ſeſe ingens pontus aperit: niſi qua promon-
toria ſunt: huc atq; illuc longo rectoq; limite
extentus. ſinuatus cętera. Sed quia contra mi-
nus q̃ ad lęuam & dextrā abſceſſit: mollibuſq;
faſtigijs donec anguſtos utrinq; angulos faci-
at: inflectitur. ad formam ſcythici arcus ma-
xime incuruus. breuis. atrox. nebuloſus. raris
ſtationibus. nō molli neq; arenoſo circūdatus
littore. uicinus aquilonibus. & quia nō pro-
fundus eſt: fluctuoſus atq; feruens. olim ex co
lentiū ſęuo admodum ingenio axenus: poſt
cōmercio aliarū gentium mollitis aliquantū

Euxinus pontus

moribus dictus euxinus. In eo primū marian-
dynei urbem habitant ab argiuo (ut ferunt)

Heraclęa

Hercule datā. heraclęa uocitatur. id famę fi-

Achęruſia ſpecus.

dem adiecit. Iuxta ſpecus eſt achęruſia ad ma

Cerberus

nes (ut aiunt) peruius: atq; inde extractū Cer

Thios

berū exiſtimāt. Tum thios oppidū mileſiorū

quidem colonia: ſed iam ſoli gentiſq; paphla-
gonum: quorū in littoribus pene medijs pro-
montoriū eſt Carambis. citra Parthenius am-
nis. urbes Seſamus & cromnos: & a cithiſoro
phryxi filio poſita cythoros. Tum cynobus &
colliris: & quę paphlagoniam finit armene.
Chalybes proximi clariſſimas habēt amyſon:
& ſynopen cynici Diogenis patriam. amnes
alyn & thermodonta. ſecundum alyn urbs eſt
lycaſto. a thermodonte campus. in eo fuit the-
miſcyrum oppidū. fuere & amaçonum caſtra
ideo amaçonum uocant. Tabereni chalybas
attingunt: quibus in riſu luſuq; ſummū bo-
nū eſt. Vltra carambin moſſini turres ligneas
ſubeunt. notis corpus omne perſignant. pro-
patulo ueſcunt. promiſcue cōcumbunt. & pa-
lam reges ſuffragio deligunt uinculiſq; & ar-
ctiſſima cuſtodia tenent. atq; ubi culpā praue
imperando meruere: inedia diei totius affici-
unt: cęterū aſperi. inculti. pernoxij appulſis.
Deinde minus feri uerū & hi inconditis mori-
bus macrocephali. diſcheri. buxedi. rarę urbes
ceraſumpta & trapeços maxime illuſtres. In-
de is locus eſt: ubi finem ductus a boſphoro
tractus accipit: atq; inde ſe in ſinu aduerſi lit-
toris flexus attollens anguſtiſſimū ponti facit

Paphlagones
Carambis promō-
torium.
Parthenius
Cythoros
Armene
Chalybes
Amyſos. Synope.
Diogenes Cynic⁹
Lycaſto
Themiſcyrum
Amaçonum caſtra
Tabereni
Moſſini
Macrocephali
Trapeços

Colchi	angulū. Hic ſunt colchi. hinc phaſis erumpit.
Phaſis	hic eodem nomine: quo amnis eſt atheniſta-
	gora mileſio deductum oppidum. hic phryxi
Lucus aurei	templum & lucus fabula uetere pellis aureę
uelleris.	nobilis. hinc orti montes longo ſe iugo & do-
Rhiphei montes	nec rhipheis coniungantur exporrigunt: qui
	altera parte ī euxinum & męotida & tanaim.
	altera in caſpium pelagus obuerſi cerauni di-
Rhipheorū uaria	cunť ijdem aliubi. taurici. moſchi. amaçonici.
nomina.	caſpij. coraſici. caucaſi: ut alijs alijſue appoſitis
	gentibus ita alijs alijſq; dicti nominibus. At ī
	primo flexu iam curui littoris oppidum eſt:
	quod greci mercatores conſtituiſſe: & quia cū
	cęca tempeſtate agerentur: ignaris: quę terra
Cygnum	eſſet: cygni uox notam dederat: cygnū appel-
	laſſe dicunť. Reliqua eius ferę incultęq; gen-
	tes uaſto mari aſſidentes tenent. menanclea.
Varia populorum	terreſtrea. ſexſolitę. coraxi. cleptitophagi. hę-
nomina.	niochi. achęi. cercetici. etiā in confinio męoti-
Dioſcorias	dis ſyndones. In hęniochorū finibus dioſco-
Caſtor. Pollux.	rias a caſtore & polluce pontū cum Iaſone in-
Syndos	greſſis: Syndos in ſyndonū ab ipſis terrarum
	cultoribus condita eſt: obliqua tunc regio &
	in latū modice patens inter pontū paludemq;
	ad boſphorum excurrit: quam duobus alueis
Coracanda	in lacum & ī mare profluens coracandā pene

inſulam reddit. Quattuor urbes ibi ſunt her-
monos. ſaccephoe. ſpana. corea. & in ipſo ore
cimmerium. hac ingreſſos lacus accipit longe latequꝫ diffuſus. qua terras tangit incuruo cir-
cũdatus littore. qua mari propior eſt: niſi ubi
aperitur: quaſi margine obductus citra ma-
gnitudinẽ prope ponto ſimilis. Oram quę a
boſphoro ad Tanain uſqꝫ deflectitur męotici
incolũt toreatę. attrichi. phicores. & oſtio flu-
minis proximi xamathę: apud eos eaſdẽ artes
fœmine: quas uiri exercent adeo: ut ne mili-
tia quidẽ uacent. Viri pedibus inhęrẽt ſagit-
tiſqꝫ depugnant. illę equeſtre pręliũ ineunt.
nec ferro dimicant: ſed quos laqueis interce-
pere: trahendo conficiũt. nubunt tamen. uerꝫ
ut nubiles habeant: nõ ĩ ętate modus eſt. niſi
quę hoſtẽ interemere: uirgines manent. Ipſe
Tanais ex rhipheo monte deiectus adeo pręceps ruit: ut cũ uicina flumina tum męotis &
boſphorus. tum ponti aliqua brumali rigore
durent: ſolus ęſtus hyemẽqꝫ iuxta ferens idẽ
ſemper & ſublimis incitatuſqꝫ decurrat. ripas
eius ſauromatę & ripis hęrentia poſſidẽt. una
gens. aliquot populi & aliquot nomina. pri-
mi męotici. gmecrocatũ. ęnoe. Regna amaço-
num fęcundos pabulo. at alia ſteriles nudoſqꝫ

Cimmerium

Męotici

Xamathę

Tanais

Sauromatę

Budini campos tenent budini. Geloni urbem ligneā
Thiſſagetę habitant. Iuxta thiſſagetę turcęq; uaſtas ſiluas
Turcę occupant:alunturq; uenando. Tum continuis
rupibus late aſpera & deſerta regio ad arem-
pheos uſq; permittitur. His iuſtiſſimi mores.
pro domibus nemora. alimenta baccę. & ma-
ribus & fœminis nuda ſunt capita. Sacri itaq;
habent': adeoq; ipſos nemo de tam feris gen-
tibus uiolat: ut alijs quoq; ad eos confugiſſe ꝓ
aſylo ſit. Vltra ſurgit mons rhipheus ultraq;
eum iacet ora : quę ſpectat oceanum.

Pomponij Mellę de ſitu orbis liber ſecundus.

Particularis Euro- ASię in noſtrum mare Tanainq;
pę deſcriptio. uergentis:quem dixi finis ac ſi-
tus eſt: ac per eundem amnem
in męotida remeantibus ad de-
xtrā europę modo ſiniſtro late-
re innauigantiū appoſita ac rhipheis monti-
bus proxima.& huc enim pertinent.cadentes
aſſidue niues adeo inuia efficiunt: ut ultra ne
uiſum quidem intendentiū admittant.Dein-
de eſt regio ditis admodum ſoli, inhabitabilis
Gryphi tamen:quia gryphi ſęuū & pertinax ferarum
genus aurū terra penitus egeſtū mire amant

mireq; cuſtodiunt: & ſunt infeſti attingentibus. Hominũ primi ſunt Scythę: ſcytharũq; quis ſinguli oculi eſſe dicũt arimaſpę. Ab eis cendones uſq; ad męotida. huius flexum butes amnis ſecat. Agathyrſi & ſauromatę ambiunt: quia ꝓ ſedibus plauſtra habent dicti maxobitę. obliqua tunc ad boſphorum plaga excurrens ponto ac męotide includitur. In paludem uergentia ſarcagę tenent. In boſphorum cimmerica oppida myrmetion. panticapeum theodoſia. hermiſium. In Euxinũ mare taurici. ſuper eos ſinus portuoſus & ideo calos limen appellatus promontorijs duobus includitur: alterũ criu metopon uocant: carambico: quod ĩ aſia diximus: patet aduerſum. parthenion alterũ oppidũ adiacet Cerone a diana: ſi credatur: conditũ. & nympheo ſpecu: ꝙ in arce eius Nymphis ſactatum eſt: maxime illuſtre. Subit tum ripam mare & donec quinq; milia paſſuum abſit a męotide refugientia uſq; ſubſequens littora: quę ſatharchę & taurici tenẽt: peninſulam reddit. quod inter paludem & ſinũ eſt Chatere nominatur. Sinus carcynites. in eo urbs eſt carcyne: quam duo flumina Gerros & Hypacares uno oſtio effluentia attingunt uerũ diuerſis fontibus &

Arimaſpę
Agathyrſi
Sauromatę
Sarcagę
Cimmerica oppida.
Parthenion
Nympheus ſpecus.
Chatere
Carcyne
Gerros
Hypacares

Panticapes

Achilles

Dromos achilleos

Boryſtenes

Piſces ſine oſſibus

Hypanis

Exampheus

aliunde delapſi. Nā getros inter baſitidas & nomadas euoluitˀ. Siluę deinde ſunt: quas maximas hę terrę ferunt: & panticapes: qui nomadas georgoſq; diſterminat. Terra tum longe diſtenta excedens tenui radice littori adnectitˀ. Poſt ſpatioſa modice paulatim ſe ipſa faſtigiat: & quaſi in mucronē longa colligens latera facie poſiti enſis allecta eſt. Achilles infeſta claſſe mare ponticū ingreſſus ibi ludicro certamine celebraſſe uictoriam: & cum ab armis quies erat: ſe ac ſuos curſu exercitauiſſe memoratur: ideo dicta eſt dromos achilleos. Tum boryſtenes gentē ſui nominis abluit inter ſcythię amnes amœniſſimus. turbidis alijs liquidiſſimus defluit. placidior q̄ cęteri potariq; pulcherrimus. alit lętiſſima pabula magnoſq; piſces: quibus & optim⁹ ſapor: & nulla oſſa ſunt. longe uenit: ignotiſq; ortus e fontibus quadraginta dierum iter alueo ſtringit: tantoq; ſpatio nauigabilis ſecundū Boryſtenida & Olbida gręca oppida egreditur. Calipidas hypanis includit. ex grandi palude oritur: quam matrē eius accolę appellant: & diu qualis natus eſt: defluit. tantū nō longe a mari ex paruo fonte: cui exampheo cognomen eſt. adeo amaras aquas accipit: ut ipſe quoq;

iam ſui diſſimilis & non dulcis hinc defluat.
Aſiaces proximus intra calipidas aſiacaſq; deſcendit. Hos ab iſtricis Tyra ſeparat. ſurgit in Neuris: qua exit: ſui nominis oppidū attingit
At ille: qui ſcythię populos a ſequentibus dirimit apertis in germania fontibus alio: q̄ deſinit: nomine exorit̃. Nā per ĩmania magnaꝝ gentiū diu danubius eſt: deinde aliter appellantibus accolis Iſter fit: acceptiſq; aliquot amnibus ingens iam & eorū: qui in noſtrū mare decidunt: tantū Nilo minor totidē: quot ille oſtijs: ſed tribus tenuibus: reliquis nauigabilibus effluit. Ingenia cultuſq; gentium differunt. Eſſedones funera parentū lęti & uictimis ac feſto coitu familiariū celebrant. corpora ipſa laniata & cęſis pecorum uiſceribus immixta epulando cōſumunt. Capita ubi fabre expoliuere auro iuncta ꝓ poculis gerūt. Hęc ſūt apud eos ipſos pietatis ultima officia. Agathyrſi ora artuſq; pingūt: ut quiq; maioribus pręſtant: ita magis uel minus. Cęterū iiſdem omnes notis: & ſic ut ablui nequeant. Sarmatę auri argentiq; maximarum peſtium ignari uice rerū cōmercia exercent atq; ob ſęua hyemis admodū aſſidue demerſis in humū ſedibus ſpecus aut ſuffoſſa habitant. totū brachati

Aſiaces
Tyra fluuius
Danubius
Iſter
Eſſedones
Agathyrſi
Sarmatę

Tauri

corpus: & niſi qua uident etiã ora ueſtiti. Tauri Iphigenię & Oreſtis aduentu maxime memorati immanes ſunt moribus: immanemq; famã habent. ſolere pro uictimis aduenas cędere.

Baſilidij

Baſilidijs ab Hercule: & echidna generis principia ſunt. mores regij. arma tantũ ſagittę.

Nomades

Vagi nomades pecorũ pabula ſequũt: atq; ut illa pecorum durant: ita diu ſtatam ſedem agunt.

Georgi

Colunt georgi exercentq; agros.

Aſiacę

Aſiacę furari quid ſit ignorant. Ideoq; nec ſua cuſtodiunt: nec aliena contingũt. Interius habitantiũ ritus aſperior & incultior regio eſt. Bella cędeſq; amant: Moſq; eſt bellantibus cruorẽ eius: quem primũ interemerũt ipſis e uulneribꝰ ebibere. ut quiſq; plures interemerit: ita apud eos habetur eximius.

Crudi populorũ mores.

Cęterũ expertẽ eſſe cędis inter opprobria uel maximũ. ne fœdera quidẽ incruenta ſunt. ſauciant ſe: qui paciſcunt: exemptũq; ſanguinẽ: ubi permiſcuere deguſtant. id putant manſurę fidei pignus certiſſimũ. Inter epulas: quot quiſq; interfecerit: referre lętiſſima & frequentiſſima mentio: biniſq; poculis: qui plurimos retulere: perpotatis interlocantis honos pręcipuus eſt. pocula ut Eſſedones parentum ita inimiciſſimorum capitibus expoliunt. Apud

anthropophagos ipſę etiã epulę uiſcerib⁹ humanis apparãt. Geloni hoſtiũ cutibus equos ſeq; uelant. illos reliqui corporis. ſe capitum. Melanclęnis atra ueſtis & ex ea nomẽ. Neuris ſtatim ſingulis tempus eſt: quo ſi uelint in lupos: iterumq; in eos: qui fuere mutentur. Mars omnium deus. Ei pro ſimulacris enſes & tentoria dedicant: homineſq; pro uictimis feriunt. Terrę late patent & ob excedentia ripas ſuas plerunq; flumina nuſq̃ nõ ad pabula fertiles. alicubi uſq; adeo ſteriles ad cętera: ut qui habitant lignorum egentes ignes oſſibus alant. His thracia proxima eſt: eaq; a pontici lateris fronte uſq; in illyricos penitus ĩmiſſa: qua latera agit iſtro pelagoq; contingit. regio nec cęlo lęta nec ſolo: & niſi qua mari propior eſt: infęcunda. frigida: eorũq;: quę ſerunt maligne admodum patiens. raro uſq̃ pomiferam arborem. uitem frequentius tolerat. ſed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat: niſi ubi frigora obiectu frondiũ cultores arcuere. uiros benignius alit non ad ſpeciem tamen. Nam & illis aſper atq; indecens corporum habitus eſt. Cęterum ad ferociam & numerũ: ut multi immiteſq; ſint: maxime ferax. paucos amnes: qui in pelagus euadunt: uerũ

Anthropophagi
Geloni
Melanclęni
Neuri
Mira Neurorum natura.
Thracia
Thraces feroces

bithynis.amneſq;:qui interfluunt erginos &
Rheſus — tyras. Tũ Rheſo regnata quondã pars thraciȩ
Gypſela — & biſaltȩ ſamiorũ.& ingens aliquãdo gypſe-
la.Poſt lacus: quẽ grai macronthios appellãt.
Lyſimachia — & in radicȩ magnȩ peninſulȩ ſedens lyſima-
chia.terra:quȩ ſequit̃ nuſq̃ lata atq; hic arctiſ-
ſima inter helleſpontũ ȩgeũq; procurrit. an-
guſtias Iſchnon.frontẽ eius maſtuſiam.totam
cherſoneſũ appellant. ob multa memorabile
eſt. In ea flumen ȩgos naufragio claſſis atticȩ
Abydos. Seſtos. — inſigne. Eſt & Abydo obiacens ſeſtos Lean-
Leander — dri amore ꝑnobilis. Eſt & regio:in qua perſa-
rũ exercitus diuiſas ſpatio pelagoq; terras au-
ſus pontibꝰ iũgere: mirũ atq; ingens facinus:
ex aſia in grȩciã pedes & non nauigata maria
Proteſilai oſſa — tranſgreſſus eſt.Sunt proteſilai oſſa conſecra-
Sceolos — ta delubro. Eſt & portus ſceolos atheniẽſibus
& lacedȩmonijs nauali acie decernentibus la-
Cynoſenia — conicȩ claſſis ſignatꝰ excidio. Eſt cynoſenia tu
mulus hecubȩ ſiue ex figura canis:in quã cõ-
uerſa tradit̃: ſiue ex fortuna;in quam decide-
Macidos — rat humili nomine accepto. Eſt macidos. Eſt
Aegeum — helleus: quȩ finit helleſpontũ. Aegeũ ſtatim
pelagus uaſte longũ littus impellit: ſummo-
Sunium promon-torium. — taſq; terras hinc ad promontorium:quod Su-
niũ uocat̃: magno ambitu molliq; circũagit.

eius tractũ legentibus pręuectiſq; in aſſuſia-
cum ſinus intrandus eſt: qui alterum cherſo-
neſi latus abluens iugo facie uallis includitur
& ex fluuio: quem accipit: Melas dictus. duas
urbes amplectit alopoconenſum. & in altero
Iſthmi littoris ſitam cardiam. eximia eſt ęnos
ab Aenea profugo condita. Circa hebrũ cico-
nes. Tranſ eundẽ doriſcos: ubi Xerxem copi-
as ſuas: quia numero nõ poterat: ſpatio men-
ſum ferunt. Deinde promontorium Seriphi-
on: ex quo canentẽ orphea ſecuta & narran-
tur nemora. çonę. tum ſcenos fluuius: & ripis
eius adiacẽs maronia. regio ulterior Diome-
dem tulit immanibus equis mandendos ſoli-
tum obiectare aduenas: & iiſdem ab Hercu-
le obiectũ. Turris: quam Diomedis uocant:
ſignũ fabulę remanet: & urbs: quã ſoror eius
ſuo nomine nominauit/ Abdere: ſed ea magis
id memorandũ habet: ꝙ Democritũ phyſi-
cũ tulit/ q̃ ꝙ ita condita eſt. Vltra neſtos fluit:
Interq; eum & ſtrymona urbes ſunt: philip-
pia. apollonia. amphipolis. Inter ſtrymona &
athon turris calamea. & portꝰ caprullon. urbs
acanthos & echima. Inter athon & pallenen
cleona & olynthos. ſtrymon: ſicut diximꝰ: am
nis eſt lõgeq; ortus & tenuis: alienis ſubinde

Melas
Aenos
Aeneas. Cicones.
Xerxes
Seriphion promõtorium.
Orpheus
Maronia
Diomedes
Turris Diomedis
Abdere
Democritus phyſicus.
Neſtus
Philippia
Apollonia
Amphipolis
Acanthos
Strymon.
Olynthus.

aquis fit amplior: & ubi non longe a mari la-
cum fecit: maiore q̃ uenerat alueo erumpit.

Athos

Athos mons eſt adeo elatus: ut credatur alti-
us etiam q̃ unde imbres cadunt/ ſurgere. capit

Mira montis alti-
tudo.

opinio fidem: quia de aris quas in uertice ſu-
ſtinet: nõ abluitur cinis: ſed quo relinquit̃ ag-
gere manet. Cęterũ nõ promontorio: ut alij:
uerũ totus eſt: totoq; longe dorſo procedit in

Xerxes

pelagus. qua continenti adhęret & Xerxe in
graios tendente perfoſſus tranſnauigatuſq;:
& actus freto nauigabili peruius. Ima eius te-
nent paruę pelaſgorum colonię. in ſummo

Acroathon

fuit oppidum Acroathon: in quo (ut ferunt)
dimidio longior q̃ in alijs terris ętas habitan-

Pallene

tium erat. pallene ſoli tam patentis: ut quinq;
urbiũ ſedes ſit atq; ager. tota in altum abit. an-

Potidęa

guſta ſatis unde incipit. Ibi eſt potidęa. at ubi
laxius patet Mendetione: quę referendę. illa
ab hęretris. hęc ab achiuis capto Ilio remean-
tibus poſita. tum Macedonũ populi: quot ur-

Pella
Philippus
Alexander
Torone
Copos
Miſcella

bes habitãt: quarũ Pellam maxime illuſtrem
alumni efficiunt Philippus gręcię domitor.
Alexander etiam aſię. In littore flexus megi-
bernęus inter promontoria diuidit canaſtreũ
& portũ: qui copos dicit̃. urbes toronen & mi
ſcellam atq; unde ipſi nomen eſt: Megibernã

incingit.caneſtreo promontorio Sena proxi-
ma eſt. Megibernacuſa ī medio qua terra dat
gremiū: modice in littora ingreditur. Cęterū
longis in altum immiſſis lateribus ingens in-
ter maria ſinus eſt. in eum axius per macedo-
nas etiam per theſſalos penitus excurrit. ante
axiū theſſalonice eſt. inter utrūq; caſſandria.
cinda. aloros. icaris. apeno. iſepida. corinthia.
meliboea. caſtanea pares ad famā: niſi ꝙ phi-
loctetes alumnus Meliboeā illuminat. Terrę
interiores claris locorum nominibus inſignes
pene nihil ignobile ferunt. Hinc non longe
eſt Olympus. hic Pelion. hic oſſa, montes gi-
gantum fabula belloq; memorati. Hic muſa-
rū parens domuſq; pieria. hic nouiſſime cal-
catum grato Herculi ſolum ſaltus oetęus. hic
ſacro nemore nobilia tempe. hic Libetra car-
minumq; fontes obiacent. Tum iam uaſte &
multū prominens gręcia: & dum myrthoum
pelagus attingat: a ſeptentrione in meridiem
uecta. qua ſol oritur ęgeis. qua occidit Ioniis
fluctibus obiacet. ac proxime ſpatioſa: & hel-
las nomine grandi fronte procedit. mox mari
utroq; & Ionio magis latera eius intrante do-
nec quattuor milia paſſuum pateat media fer-
me prope incidit. Deinde rurſum terris huc

Sena
Megibernacuſa
Axius
Multarū urbium nomina.
Philoctetes
Meliboea
Olympus. Pelion.
Oſſa
Pieria
Oeta
Tempe
Libetra
Gręcia
Hellas

ſe & illuc uerũ in Ionium mare magis expan/
dentibus progreſſiſq; in altum non tam lata q̃
cœperat: ingens tamen iterũ & quaſi penin/
Peloponneſos
ſula extendit̃: uocaturq; peloponneſos: ob ſi/
nus & promontoria: quis ut fibris littora eius
inciſa ſunt: ſimul q tenui tramite in latus ef/
Macedonia
fundit̃: platani folio ſimillima. In macedonia
prima eſt Theſſalia. deinde magneſia. phthi/
otis. doris. locris. phocis. boetis. attis. megaris.
Sed omniũ attis clariſſima. In pelopõneſo ar/
golis. laconice. meſſenia. achaia. elis. arcadia.
ultra ętolia. acarnania. epiros uſq; in adriam.
De locis atq; urbibus: quę mare nõ abluit hęc
Lariſſa
maxime memoranda ſunt in theſſalia. Lariſ/
ſa aliquando iolcos. in Magneſia Anthronia.
Phthia
in phthiotide phthia. in locride cinos & calio/
Delphi
ros. in phocide delphi & mons parnaſus. &
Parnaſus. Thebę.
Apollinis fanũ atq; oraculum. In boetia the/
Citheron
bę & citheron fabulis carminibuſq; celeberri/
mus. In attide eleuſin Cereri cõſecrata & cla/
Athenę
riores: q̃ ut indicari egeant: Athenę. In mega
Argos. Mycenę.
ride unde regioni nomen eſt megara: Vt in
Templũ Iunonis
argolide argos & Mycenę & templũ Iunonis
Lacedęmon
uetuſtate & religione percelebre. In laconide
Amyclę
terapne. lacedęmon. amyclę. mons Taygetus.
Taygetus mons
In meſſenia Meſſene & Methone. In achaia

atq; elide quondã piſę œnomai.elis & numẽ delubrũq; olympij Iouis certamine gymnico & ſingulari ſanctitate.Ipſo quidem tamen ſimulacro:quod phidię opus eſt maxime nobile. Arcadiã peloponneſiacę gentes undiq; incingũt. In ea ſũt urbes perſophiſtenia.orchomenos.montes Pholoe.Cyllenius.Parthenius.męnalus.flumina erymanthus & ladon.In ętolia naupactos.In acarnania Stratos oppida. In epiro dodonęi Iouis templum & fons ideo ſacer:ꝙ cũ ſit frigidus:& ĩmerſas faces ſicut cęteri extinguat: ubi ſine igne procul admouẽt accendit. At cũ littora legunt a promontorio Sepiade ꝑ Demetriã & balon & ptheleon & ethinon ad pagaſeũ ſinũ curſus eſt. Ille urbẽ pagaſam amplexus amnẽ Sperchion accipit: & quia Minyę colchida petentes inde argo nauem ſoluere memorant. ab eo ad Suniũ tendentibus illa pręnauigãda. maliacus & opuntius grandes ſinus: & in ijs cęſorũ etiã laconũ trophea Thermopylę.oroes. carphanemides alope.antedon.larumnę.aulis agamemnonię graiorũq; claſſis in troiam coniurantiũ ſtatio. Marathon magnarũ multarũq; uirtutũ teſtis: Iam inde a theſeo perſica maxima clade pernotus. Rhamnys parua illuſtris tamẽ:ꝙ in ea

Piſę Oenomai
Elis
Iupiter Olympius
Phidias
Arcadię urbes.mõtes & flumina.
Orchomenos
Erymanthus
Naupactos
Dodonęi Iouis templum.
Mira fontis natura
Pagaſa
Minyę
Argo nauis
Maliacus & Opuntius ſinus.
Thermopylę
Aulis
Marathon
Rhamnys

Fanũ Amphiarai
Nemeſis phidiaca
Sunium promontorium.
Pyręus
Scyronia ſaxa
Iſthmos
Ludi Iſthmici
Corinthos
Acrocorinthos
Bucephalos
Malea
Tęnaros
Epidaurij
Troeçenij
Epidaurus
Troeçen

fanũ eſt amphiarai: & phidiaca nemeſis. phoricos & bautonia olim urbes. iam tantum nomina. Sunium promontoriũ eſt: finitq; id littus hellados: quod ſpectat ad orientẽ. Inde ad meridiem terra cõuertitur uſq; ad megaram: atticę ut modo latere: ita nunc fronte pelago adiacens. Ibi eſt Pyręus athenienſiũ portus. ſcyronia ſaxa ſęuo quondam ſcyronis hoſpitio etiam nũc infamia. Megarenſium tractus Iſthmon attingit. hoc illi cognomen eſt: quia quattuor milium ſpatio ęgeũ mare ab Ionio ſubmouẽs anguſto tramite helladi peloponneſon annectit. In eo eſt oppidũ chencerea. fanũ Neptuni. ludi quos Iſthmicos uocãt: celebres. corinthos olim clara opib9. poſt clade notior. nũc romana colonia. ex ſũma arce: quã acrocorinthon appellant: maria utraq; contuens. peloponneſi oram: ſicut dixim9: ſinus & promontoria lacerant. ab oriente Bucephalos & cherſoneſus & ſcyleon. ad meridiẽ malea. tęnaros. achritas. Icthis. ad ueſpeꝝ chelonates & taraxos. habitant ab Iſthmo ad ſcyleon epidaurij ęſculapij templo inclyti & troeçenij fide ſocietatis atticę illuſtres. portus ſardonicus & ſchenitas & pagonus. Oppida autem epidaurus & troeçen & hermiona his littoribus

appoſita ſunt. Inter ſcyleon & maleā laconi-
cus. Inter tęnaron & acritā & Icthim cypariſ-
ſius. In argolico ſunt noti amnes eraſinus atqꝫ
Inachus. & notum oppidum lerne. In laconi-
co cynthius & eurotas. In ipſo tęnaro Neptu-
ni templū & ſpecus illi: quem in ponto ache-
ruſium diximus: facie & fabula ſimilis. In aſi-
nęo flumen pamiſum. In cypariſſio alpheus:
nomen dedit urbs in littore ſita. hinc cypariſ-
ſus. illinc aſine. Meſſenij pylijqꝫ terras colunt.
& ipſa pelago pylos adiacet. Cyllene. calipo-
lis. patrę oram illam tenent: in quam thelo-
nates & araxos excurrūt. Sed cyllene: ꝙ Mer-
curium ibi natū arbitrantur inſignis. Rhion
deinde (maris id nomē eſt) anguſte & uelut
freto lacus ore frequenti incidens inter ętolos
& pelopōneſiacos uſqꝫ ad Iſthmon irrum-
pit. In eo ad ſeptentrionē ſpectare littora inci-
piūt. In his eſt ęgeon & ęgina & oliros & Sci-
on. ac in aduerſis pagecreuſis. anticyra. œan-
thia. cyra: & notior aliquāto nomine calydon
& euenos. Extra rhion in acarnania maxime
clara ſunt oppidū Leucas. flumē achelous. In
epiro nihil ambracio ſinu nobilius eſt. facit ſi-
nus: qui anguſtis faucibus & quę minus mil-
le paſſibus pateant grande pelagus admittit.

Laconicus
Cypariſſius
Eraſinus
Inachus. Lerne.
Cynthius. Eurotas
Tęnarus
Pamiſus
Cypariſſus
Aſine
Pylos. Cyllene.
Patrę
Vbinam ortus mercurius.
Rhion
Aegeon. Aegina.
Calydon
Euenos
Leucas. Achelous.
Ambracius ſinus

Actium — Butroton — Cerauni montes — Adria — Parthenij — Daſarctę — Phęaces. Illyrici. — Pyręi. Liburni. — Oricum — Durachium — Apollonia — Salona. Iadera. — Nona. Tragurium — Pola — Aeas fluuius — Nar. Danubius — Tergeſte

Faciunt urbes: quę aſſident Actiũ. argi. amphilocis. ambracia. ęacidarũ regna: pyrrhiq;. Butroton ultra eſt. Deinde Cerauni montes. ab ijs flexus in adriam. hoc mare magnum ſeceſſu littorũ acceptum & uaſte quidem in latitudinem patens: qua penetrat tamen uaſtius illyricis uſq; tergeſtum. cętera gallicis Italiſq; gentibus cinguntur. Parthenij & daſarctę prima eius tenent. ſequẽtia paulatim Enthellę: phęaces. deinde ſunt: quos proprie illyricos uocant. Tum pyręi & liburni & Iſtria. Vrbiũ prima eſt Oricum. ſecunda Durachiũ Epidamnos ante erat. Romani nomen mutauere: quia uelut in damnũ ituris omen id uiſum eſt. Vltra ſunt apollonia. ſalona, Iadera. nona. traguriũ. ſinus polaticus & pola quondam a colchis: ut ferunt: habitata: in quantũ res tranſeunt nunc romana colonia. Amnes autem ęas: & nar. & danubius: qui iam dictus eſt Iſter: ſed ęas ſecundũ apolloniam. nar inter pyręos & liburnos. per Iſtros Iſter emittitur. Tergeſte intimo in ſinu adrię ſitum finit Illyricum.

De Italia

DE ITALIA magis quia ordo exigit q̃ quia monſtrari eget: pauca dicentur. nota ſunt omnia. ab alpibus incipit in altum excedere: atq;

ut procedit ſe media perpetuo apœnini iugo montis attollens inter adriacum & tuſcum: ſiue ut aliter eadem appellantur: inter ſuperũ mare & inferum excurrit diu ſolida: Verum ubi longe abit in duo cornua ſcinditur: reſpicitq; altero ſiculũ pelagus: altero Ionium: tota anguſta & alicubi multo q̃ unde cœpit anguſtior. Interiora eius aliç aliçq; gentes. Siniſtram partem Cauni: & Veneti colunt togatam galliam. tum italici populi Picentes. Ferentani. dauni. apuli. calabri. ſalentini. Ad dextram ſũt ſub alpibus Ligures. ſub apœnino Hetruria. poſt Latiũ. Volſci. campani. & ſuper Lucaniam/ Brutij. Vrbium: quç procul a mari habitantur opulentiſſimç ſunt/ ad ſiniſtram Patauiũ Antenoris. Mutina & Bononia romanorũ coloniç. Ad dextram Capua a Tuſcis. & Roma quondã a paſtorib⁹ condita. nunc ſi pro materia dicatur alterum opus. At in oris proxima eſt a tergeſte Concordia. Interfluit Timauus nouem capitibus exurgens uno oſtio emiſſus. deinde Natiſo non longe a mari ditem attingit Aquileiam. Vltra eſt altinũ. ſuperiora late occupat littora padus. nanq; ab imis radicibus ueſuli montis exortus paruis ſe primũ fontibus colligit: & aliquatenus

Apœninus

Variç Italiç gentes

Patauium. Mutina
Bononia. Capua.
Roma

Concordia
Timauus
Natiſo
Aquileia
Altinum
Padi ortus

exilis ac macer mox alijs amnibus adeo auge-
ſcit atq; alitur : ut ſe per ſeptem ad poſtremũ

Magnus padus

hoſtia effundat: Vnũ de his magnũ padũ ap-
pellãt: Inde tam citus proſilit: ut diſcuſſis flu-
ctibus diu qualẽ emiſit: undam agat: ſuumq;
etiam in mari alueum ſeruet : donec eum ex
aduerſo littore Iſtrię eodẽ impetu profluens
Iſter amnis excipiat. Hac re per ea loca naui-
gantibus: qua utrinq; amnes eunt inter mari-
nas aquas dulciũ hauſtus eſt. A pado ad An-

Rauenna
Ariminum
Metaurus. Eſis.

conam tranſitur Rauenna. Ariminũ. Piſau-
rum. faneſtris colonia. flumen metaurus atq;
Eſis. & illa in anguſto illorũ duorũ promon-
toriorũ ex diuerſo coeuntium inflexi cubiti

Ancona unde.

imagine ſedens. & ideo a grais dicta Ancona:
Inter gallicas italicaſq; gentes quaſi terminus

Picenum
Piceni urbes
Firmum. Adria.

intereſt. Hęc enim pręgreſſos Piceni littora
excipiũt. in quibus humana potentia. clierna.
cypra urbes. caſtella autẽ firmũ. adria. truen-
tinũ. Id ei fluuio: qui pręterit nomen eſt. Ab
eo Senogallia maritima. habent enim flumi-

Bucara
Dauni
Theanum
Garganus mons
Vrias ſinus

nis hoſtia Vrbes bucara & hiſtonium. Dau-
ni autẽ Tifernum amnem. claterniam. lucri-
nũ. theanũ oppida. montemq; garganũ. ſinus
eſt continuo Apulo littore incinctus nomine
Vrias modicus ſpatio / pleraq; aſper acceſſu.

extra Simponiū: uel ut graij dixere Sipillum: & flumen: quod canuſiū attingens aufidum appellant. poſt Bariū & gnatia & Ennio ciue nobiles rudię. & in calabria Brunduſiū. Valetiū lupę hydrus mons. tum ſalentini campi. & ſalentina littora & urbs graia Gallipolis. hucuſq; adria. hucuſq; italię latus alterum pertinet. Frons eius in duo quidem ſe cornua ſicut ſupra diximus ſcindit. Cęterum mare: quod inter utraq; admiſit tenuibus promontorijs ſemel iterūq; diſtinguens nō uno margine circuit: nec diffuſū patenſq;: ſed ꝑ ſinus recipit. Primus Tarentinus dicitur inter promontoria Salen & lacinium. In eoq; ſunt Tarentus. metapontū. heraclea. Croto. Turium. Secundus Scyllaceus inter promōtoria Lacinium & çephyrium: in quo eſt Petilia. carcinus. Scyllaceum. miſtrę. Tertius inter çephyrium & Brutium. Conſentiam. Pauloniam: locroſq; circundat. In Brutio ſunt colonia regia rhegium. Scylla. taurinum & metaurum. hinc in tuſcum mare deflexus eſt: & eiuſdem terrę latus alterum maticana. Ionium. Iubon. & emiea. clampetia. Blunda. Buxentiū. Velia. Palinurus olim phrygij gubernatoris. nūc loci nomen. Pęſtanus ſinus. Pęſtum oppidū.

Sipillum. Canuſiū
Aufidus fluuius
Ennius poeta
Rudię
Calabrię ſitus
Tarentinus ſinus
Tarentus
Metapontum
Croto. Turium
Scyllaceus ſinus
Petilia. Miſtrę
Conſentia
Brutij urbes
Pęſtanus ſinus
Pęſtum

Syrenum petrę	Silerus amnis.picentia.petrę:quas Syrenes ha
Mineruę promon.	bitauere. Mineruę promontoriū.omnia Lu/
Sinus Puteolanus	canię loca. Sinus puteolanus.Surrentū. Her/
Veſuuius	culanęū. Veſuuij montis aſpectus. Pompeij.
Lucrinus	Neapolis.puteoli.Lacus lucrinus & auernus.
Auernus. Baię.	Baię.Miſſenū: Id nunc loci.aliquādo phrygij
Miſſenum	militis nomen.Cumę. Linternū. Vulturnus
Linternum	amnis. Vulturnū oppidum. amœna campa/
Vulturnꝰ fluuius	nię littora. Sinueſſa.liris.Minturne. Formię.
Sinueſſa. Liris.	fundi.terracina.Cyrces domus aliquādo cyr/
Minturne.Formię	ceij. Antium.aphrodiſium.ardea. Laurentū.
Cyrceij. Antium	oſtia citra Tyberim in hoc latere ſunt. Vltra
Aphrodiſium	pyrgi.anio.caſtrum nouum. grabus. Cecoſa.
Latij urbes	Telamon.Populonia.Cecina. Piſę: hetruſca
Luna	& loca & nomina.Deinde Luna Ligurū: &
Genua	liguria: & Genua.& Sabatia: & Albigaunū.
Paulon. Varus	Tum paulon & Varum flumina utraq; ab al/
	pibus delapſa: ſed Varum: quia Italiam finit
Alpes	aliquanto notius. Alpes ipſę ab ijs littoribus
	longe lateq; diffuſę: primo ad ſeptentrionem
	magno gradu excurrunt: deinde ubi Germa/
	niam attigerunt: uerſo impetu in orientem
	abeunt: dirreptiſq; populis īmanibus uſq; in
	thraciam penetrant.
Gallia	GALLIA lemano lacu & gebennicis mon/
	tibus in duo latera diuiſa. atq; altero tuſcum

pelagus attingens. altero oceanũ. hinc a Varo illinc a Rheno ad pyreneũ uſq; promittitur. pars noſtro mari appoſita / fuit aliquãdo braccata: nunc narbonenſis magis culta & magis conſita; ideoq; etiã lętior. Vrbiũ: quas habet: opulentiſſimę ſunt uaſco uocuntiorũ. uienna alobrogum. auenio. canatum arecomicorum. Nemauſus. Toloſſa. Tectoſagũ ſecundanorum. arauſio ſectanorum. arelate: ſeptimanorumq; Blittera. ſedanteſtatonis atacinorũ: decimanorumq; colonia. unde olim ijs terris auxilium fuit: nunc & nomen & decus eſt martius narbo. In littoribus aliquot ſunt cum aliquibus nominibus loca. Cęterum rarę urbes: quia rari portus: & omnis plaga auſtro: atq; africo expoſita eſt. Nicęa tangit alpes. tangit oppidum detiacum. tangit antipolis. Deinde eſt forum Iulij octauanorũ colonia. tunc poſt Antipolim. & olbiam: & Laurion: & Citaris tenet & Lacidon maſſilienſiũ portus. & in eo ipſa Maſſilia. Hęc a phoceis oriunda: & olim inter aſperas poſita: nunc ut pacatis ita diſſimillimis tamen uicina gentibus. mirum q̃ facile & tunc ſedem alienam ceperit: & adhuc morem ſuũ teneat. Inter eam & Rhodanum maritima auaticorũ ſtagno aſſidet foſſa

Braccata gallia

Gallię urbes

Nicęa

Forum Iulij

Maſſilia

Foſſa Mariana

mariana.partem eius amnis nauigabilis alueo
effundit. alioquin littus ignobile eſt lapideũ

Hercules

ut uocant: in quo herculem contra albiona &

Albion. Bergios

bergion Neptuni liberos dimicantẽ cum te-
la defeciſſent ab inuocato Ioue adiutũ imbre
lapidũ ferunt. credas pluiſſe. adeo multi paſ-

Rhodanus

ſim & late iacent.Rhodanus nõ longe ab Iſtri
rheniq; fontibus ſurgit. deinde lemano lacu
acceptus tenet impetum:ſeq; per mediũ inte-
ger agens;quantus uenit/egredit᷑: & inde cõ-
tra ĩ occidentẽ ablatus aliquandiu gallias diri-
mit. Poſt curſu in meridiẽ abducto hac intrat
acceſſuq; aliorum amniũ iam grandis & ſub-
inde grandior inter uolcas & cauaras emitti-

Stagna Volcarũ

tur. Vltra ſunt ſtagna Volcarũ. Ledum flu-

Meſua

men. caſtellum latara. meſua collis incinctus
mari pene undiq; : ac niſi ꝙ anguſto aggere
continenti annectit᷑ inſula. Tum ex gebennis

Arauſis

demiſſus Arauſis iuxta acatã.ſecundũ bliteras

Obris. Atax

obris fluit. atax ex pyreneo monte digreſſus:
qua ui fontis aquis uenit exiguus uaduſq; :
Eſt etiam ingentis alioquin aluei tenens: niſi
ubi narbonem attingit:nuſq̃ nauigabilis: ſed
cũ hibernis intumuit imbribus: uſq; eo ſoli-
tus inſurgere:ut ſe ipſe nõ capiat. Lacus acci-

Rubreſus lacus

pit eũ Rubreſus nomine ſpatioſus admodũ:

ſed qua mare admittit: tenuis aditu. Vltra eſt
Leucata littoris nomen. & ſalſule fons nõ dul Leucata. Salſule
cibus aquis defluens ſed ſalſioribus & q̃ ma/
rinę ſũt. Iuxta campus minuta arundine: gra/
cilíq; peruiridis: Cęterũ ſtagno ſubeunte ſuſ/
penſus. Id manifeſtat media pars eius: quę
abſciſſa proximis uelut inſula natat: pellíq; ſe
atq; attrahi patitur: quin & ex ijs quę ad imũ
perfoſſa ſunt: ſuffuſũ mare oſtenditur. Vnde
graijs noſtriſq; etiã auctoribus/ ueri ne igno/
rantia/ an prudentibus etiã mendacij libidine
uiſum eſt tradere poſteris/ in ea regione piſcẽ
e terra penitus erui: ꝙ ubi ex alto hucuſq; pe/
netrauit per ea foramina ictu captantium in/
terfectus extrahitur. Inde eſt ora Sordonũ. &
parua flumina thelis & thicis: ubi accreuere Thelis. Thicis.
perſęua. colonia Ruſcino. uicus eliberre ma/ Ruſcino
gnę quondam urbis & magnarum opum te/
nue ueſtigium. Tum inter pyrenei promon/ Portus ueneris
toria portus ueneris eſt ſinu ſalſo: & ceruaria Ceruaria
locus finis gallię.

PYRENEVS primo hinc in britannicum Pyreneus
procurrit oceanũ: tum inter terras fronte cõ/
uerſus Hiſpaniam irrumpit: & minore eius
parte ad dexteram excluſa trahit perpetua la/
tera continuus per omnem donec prouinciã

longo limite immiſſus/in ea littora:quę occi/
Hiſpania
denti ſunt aduerſa/ perueniat. Ipſa hiſpania:
niſi qua gallias tangit/ pelago undiqꝫ incincta
eſt:ubi illis adhęret: maxime anguſta paula/
tim ſe in noſtrũ & oceanum mare extendit:
magis magiſqꝫ latior ad occidentem abit:ac fit
Laus Hiſpanię
ibi latiſſima.uiris.equis.ferro.plumbo.ęre. ar
gento auroqꝫ & tam abundans:& adeo fertilis
ut ſicubi ob penuriam aquarum effœta & ſui
diſſimilis eſt: linum tamen aut ſpartum alat.
Hiſpanię in tres partes diuiſio.
Tribus autem eſt diſtincta nominibus.parſqꝫ
eius Terraconenſis. pars Betica. pars Luſita/
Terraconenſis
nia uocatur. Terraconenſis altero capite gal/
lias.altero beticã Luſitaniãqꝫ contingens/ma/
ri latera obijcit noſtro. qua meridiem.qua ſe/
Anas fluuius
ptentrionẽ ſpectat oceano. illas fluuius Anas
Betica
ſeparat.& ideo betica maria utraqꝫ proſpicit:
ad occidentem atlanticum. ad meridiem no/
Luſitania
ſtrum. Luſitania oceano tantũmodo obiecta
eſt: ſed latere ad ſeptentriones: fronte ad oc/
caſũ. Vrbiũ de mediterraneis in terraconen/
Pallantia
ſi clariſſimę fuerunt Pallantia & Numantia:
Numantia
nũc eſt Cęſarauguſta. In Luſitania/ Emerita.
Emerita
In betica/ Aſtagi.Iſpalis.Corduba. At ſi litto/
Corduba
ra legas/ aceruaria proxima eſt rupes: quę in
altũ pyreneũ extrudit:Dein thicis flumen ad

Rhodam. clodianū ad Emporia. Tum mons Iouis cuius parti occidenti aduerſam eminentiam cautium: quę inter exigua ſpatia: ut gradu ſubinde conſurgunt: ſcalas Annibalis appellant. Inde ad tarraconē parua ſunt oppida Blandeluro. betullo. barchino. Subur. Tholobi. parua flumina/ Betullo. Iuxta Iouis montē Rubrica: tum in Barchinonis littore inter ſubur & Tholobin maius taraxo. Vrbs eſt ī his oris maritimarū opulentiſſima Tulcis. Eam modicus amnis ſuper. ingens Iberus deorſum attingit. Inde ſe in terras pelagus inſinuat: & primū magno impetu admiſſum. mox in duos ſinus promontorio: quod Ferrariā uocant: ſinditur: prior ſupronenſis dicitur: maiorq; ac magno ſatis ore pelagus accipiens: & quo magis penetratur: anguſtior Sorobin & Duriam & Sucronem nō magna excipit flumina. Vrbes complexus & alias quidē: ſed notiſſimas Valentiam & Saguntum illam fide & ęrumnis inclytam. ſequens ilicitanus Alonem habet: & lucentiā: & unde ei nomen eſt/ ilicen. Hic iam terrę magis in altū eunt: latioremq; q̃ fuerat/ Hiſpaniam faciunt. uerū ab ijs: quę dicta ſunt: ad principia beticę pręter Carthaginem: quā dux pœnorū Aſdrubal condidit:

Mons Iouis

Scalę Annibalis

Hiſpanię oppida

Rubrica fluuius

Taraxo fluuius

Tulcis

Iberus

Ferraria promontorium.

Durias

Valentia

Saguntus

Carthago hiſpanie

Aſdrubal

nihil referendū eſt. In illis oris ignobilia ſunt oppida: & quorum mentio tantū ad ordinem pertinet: Virgi in ſinū quem Virgitanū uocant.

Obſcura oppida

Extra Aderas uelox. menobia. Malacha. Ciſal. Dubal. acipiro. Berbeſul. Aperit deinde anguſtiſſimū pelagus: & proxima inter ſe Europę: atq; africę littora montes efficiunt: ut initio diximus:

Columnę Herculis.

columnę herculis abyla: & calpes: uterq; quidem ſed calpes magis & pene totus in mare prominens. Is mirū in modum cōcauus. Ab ea parte qua ſpectat occaſū: medium fere latus aperit: atq; inde ingreſſus totus admodum peruius prope quantum patet ſinus: & ſpecus ultra eſt: In eoq; tartheia: ut

Tartheſos

quidā putant: aliquando tartheſos: & quam tranſuecti ex africa phœnices habitant: atq;

Mellę patria

unde nos ſumus: cingenteratum. mellana: & bello & beſipho uſq; ad Iunonis promontorium oram freti occupat. Illud iam in occidentem & oceanum obliquo iugo excurrens: atq; ei quod in africā ampeluſiam eſſe dixeramus aduerſum/ qua noſtra maria ſunt/ finit Europen.

Gades inſula

Gades inſula quę egreſſis fretum obuia eſt: admonet ante reliquas dicere: q̃ in oceani littotra terrarūq; circuitum: ut initio promiſimus: oratio excedat.

De inſulis

Paucę ſunt in męotide

(Inde enim uidetur cõmodiſſimũ incipere)
neqꝫ omnes tamen incolunt. nam nec pabu-
la quidẽ large ferunt. Hac re habitantibus ca-
ro magnorũ piſcium ſole ſiccata & in pulue-
rem uſqꝫ contuſa ꝓ farre eſt. Paucę & in pon-
to. leuce boryſtenis oſtio obiecta parua admo   Leuce
dum. & ꝙ ibi achilles ſitus eſt: achillea cogno   Achillea
mine. nõ longe acolliſaria: quę Marti ſacrata: Acolliſaria
ut fabulis traditur: tulit aues cum ſumma cla-   Mirũ de auibus
de aduenientium pennas quaſi tela iaculatas.
Sex ſũt inter iſtri oſtia. Ex ijs Peuce notiſſima   Peuce
& maxima. Cymas mariandynorum finibus   Cymas
proxima urbem habet: quã quia bithyni inco
lunt. bithynida appellant. Cõtra thraciũ boſ-
phorũ duę paruę: paruoqꝫ diſtantes ſpatio: &
aliquando creditę: dictęqꝫ concurrere: & cya-
neę uocantur & ſymplegades. In proponti-   Symplegades
de tantũ proconeſos habitatur. extra helleſ-   Proconeſos
pontum earum quę aſiaticis regionibus adia-
cent clariſſimę ſũt Tenedos ſigęis aduerſa lit-   Tenedos
toribus. & quo dicentur ordine ad promonto
rium tauri montis expoſitę: quas quidam di-
ci putauere Macaron: ſiue ꝙ fortunati admo-   Macaron inſulę
dũ cęli ſoliqꝫ ſunt: ſiue ꝙ eas ſuo ſuorũqꝫ re-
gno Macar occupauerat. In Troade leſbos. &   Macar. Leſbos.
in ea quinqꝫ olim oppida antiſa. pyra. creſos.

Mitylene
Chios. Samos. Cos
Rhodos
Rhodi urbes

Chelidonię

Cypros

Salamis. Paphos
Venus
Palępaphos
Parabos

Canopos

Canobus
Pharos
Homerus

Ciraua. Mitylene. In Ionia Chios & Samos. In Caria cos. In Lycia Rhodos. In illis ſingulę ſunt ijſdem nominibus urbes. In Rhodo tres quondā erant Lindos. Camiros. Ielyſos. quę contra Tauri promontorium importune nauigantibus obiacent Chelidonię nominātur. In ſinu quem maximū aſia recipit prope media cypros ad ortum occaſumq́ ſe immittens recto iugo inter ciliciam Syriaſq́ porrigit ingens: ut quę aliquādo nomen regno ceperit: & nunc aliquot urbes ferat: quarū clariſſimę ſalamis & paphos: & quo primū ex mari uenerem egreſſam accolę affirmāt: palępaphos. parabos etiam in phœnice eſt parua: & quantum patet tota oppidū frequens tamen quia etiam ſuper aliena tecta ſedem ponere licet. parua & Canopos Nili oſtio: quod canopicū uocant: obuia eſt. Menelai gubernator Canobus ibi forte moriens nomen inſulę: Illa oſtio dedit. Pharos Alexandrię nūc ponte coniungitur: olim ut homerico carmine proditū eſt: ab eiſdē oris curſu diei totius abducta: & ſi ita res fuit: uideri poteſt coniectantibus in tantū mutatę cauſas Nilum prębuiſſe: dum limum ſubinde: & pręcipue cum exundaret: littori annectens auget terras ſpatiūq́ augeſcentiū

in uicina uada promouet. In africa contra maiorē ſyrtim cuteletos: cōtra minoris promontoria meninx: & cercinna. contra carthaginis ſinū, Tarrichię & egatheę romana clade memorabiles. Plures Europę littoribus ſunt appoſitę. In ęgeo mari prope thraciam Thaſos. Imbros. ſamothrace. Scandile. polyagos. Scyathos. haloneſos: & quā aliquando omnibus qui mares erant / cęſis tantum fœminę tenuiſſe dicuntur atho monti Lemnos aduerſa. Pagaſeus ſinus Scyathon proſpicit. ſciniſſon amplectitur. Eubœa ad meridiem promontoriū gereſton & caphaream. ad ſeptentrionē caunum extrudit. & nuſq̄ lata duum milium ſpatium habet ubi arctiſſima eſt: cęterum longa totiq; boetię appoſita anguſto freto diſtat a littore. Euripon uocant: rapidum mare & alterno curſu ſepties dię: ac ſepties nocte fluctibus inuicem uerſis: adeo īmodice fluens: ut uentos etiā ac plena uentis nauigia fruſtret. Aliquot in ea ſunt oppida Styra. Eretria. piraneſſos. œchalia. uerū opulentiſſimę Caryſtos & chalcis. In attide helene eſt nota ſtupro helenę. & ſalamis excidio claſſis perſicę notior. circa peloponneſon etiā nūc in ęgeo phitiuſa & ęgina epidaurico littori proxima. Troeçenio

Africę inſulę

Aegei inſulę

Lemnos

Pagaſeus ſinus

Eubœa

Euripos

Eubœę oppida

Helene inſula

Salamis

Aegina

Calauria	calauria inter ignobiles alias leto Demoſthe-
Demoſthenes	nis nobilis. In myrthoo cythera contra maleā
Cythera	emiſſa:& Tegea. Niſſa contra acritā. In Ionio
Ionij inſulę	proſtirria. Cephalonia. Neritos. Same. Za-
	cinthos. Dulichiū. & inter nō ignobiles ulyſ-
Ithaca	ſis nomine Ithaca maxime illuſtris. In Epiro
Echinades	Echinades. & olim Plotę nūc Strophades. cō-
Plotę. Strophades.	tra ambraciū ſinū Leucadia. & uicina adriaco
Leucadia	mari Corcyra. hę thracū graiorūq; terris ob-
Corcyra	iacent. at interius nelos. olearos. ęgina. cothon
	Ios. Thera. Gyaros. Iporis. Dionyſſa. Cianos.
	Chalcis. Icaria. Pinaria. Niſyros. Lebynthos.
Sporades unde.	calydnę. aſine. hę quia diſperſę ſūt Sporades.
	Ab eis Cicinos. hipanos. Siphnos. Seriphos.
	Henea. Paros. Syros. Tenos. Mycon. Naxos.
Cyclades unde.	delos. andros: quia ī orbē iacent Cyclades di-
	ctę ſūt. Super eas iam in medio mari ingens
Crete	& centū quondā urbibus habitata Crete / ad
	orientem promontoriū Samoniū: ad occiden-
	tem criu metopon immittit: niſi maior eſſet:
	Cypro ſimilis. multis famigerata fabulis. ad-
Europa. Ariadne.	uentu Europę. paſiphaes & Ariadne amori-
Minotaurus	bus. Minotauri feritate fatoq;. Dędali operi-
	bus & fuga. tum ſtatione atq; morte: maxime
Iouis ſepulchrū	tamen eo ꝙ ibi ſepulti Iouis pene clarū ueſti-
	gium ſepulchrū: cui nomen eius inſculptum

eſſe accolę oſtendũt. Vrbiũ notiſſimę Gnoſ-
ſos. Gortyna. Lyctos. Lycaſtos. olopixos. phę
ſtos. cydon. Camoracuſa. dyctina. Inter colles
ꝙ ibi nutritum Iouem accepimus: fama Idęi
montis excellit. Iuxta eſt aſticla. Naumachos
çephyre. griſe. caudos: & quas muſagorus nu
mero tres uno tamẽ uocabulo appellant: atq;
unde carpathio mari cognomẽ eſt carpathos.
In adria aſporos. dicedalos. abſyrtis. Iſſa. Tica-
na. Hydria. phlecirides. nigra corcira. Linga-
riũ. Diomedia. Aeſtria. aſine. atq; ut Alexan-
drię ita Brunduſio adiacens Pharos.

Cretę urbes

Mons Idęus

Carpathos

Adrię inſulę

SICILIA: ut ferunt aliquando continens: &
agro brutio annexa. poſt freto maris ſiculi ab-
ſciſſa eſt. Id anguſtum & anceps alterno cur-
ſu modo in tuſcum. modo in Ionium pelagus
perfluit, atrox. ſęuũ & ſcyllę charybdiſq; ſę-
uis nominibus inclytũ. Scylla ſaxum eſt: cha-
rybdis mare. utrunq; noxiũ appulſis. Ipſa in-
gens & tribus promontorijs ĩ diuerſa procur-
rens gręcę litterę imaginem: quę delta dicit᷑:
efficit. Pachynũ uocat᷑: quod gręciam ſpectat.
Lilybęum quod in africam. Pelorum quod in
Italiã uergens ſcyllę aduerſum eſt. cauſa no-
minis Pelorus gubernator ab Annibale ibidẽ
cõditus: quem idem uir profugus ex africa ac

Sicilia

Scylla

Charybdis

Tria Sicilię pro-
montoria.

Pelorus. Annibal.

per ea loca Syriã petens: quia procul intuenti uidebantur continua eſſe littora/ & nõ peruium pelagus/proditum ſe arbitratus occiderat. Ab eo ad pachynũ ora quę extenditur Ionium mare attingens hęc fert illuſtria Meſſanam. Taurominiũ. Catinam. Megarida. Syracuſas & in ijs mirabilẽ arethuſam. fons eſt in quo uiſunť iacta in alpheum amnem: ut diximus: peloponneſiaco littori infuſũ. unde ille creditur non ſe conſociare pelago: ſed ſubter maria terraſq; depreſſus huc agere alueũ: atq; hic ſe rurſus extollere. Inter pachynũ & lilybęũ & agragas eſt. & heraclea & therme. Inter lilybęũ & pelorida Panormus/ & Imera. Interius uero Leontini & centuripinũ & hybla: alięq; complures. Famã habet ob Cereris templũ ętna pręcipua montiũ. Eryx maxime memorať ob delubrũ ueneris ab Aenea conditũ. & ętna quę cyclopas olim tulit: nũc aſſiduis ignibus flagrat. De amnibus Imera referendus: quia ĩ media admodũ ortus in diuerſa decurrit: ſcindenſq; eam utrinq; alio ore in libycũ alio in tuſcum mare deuenit. Circa Siciliam ĩ ſiculo freto eſt Aeęe: quam Calypſo habitaſſe dicitur. Africã uerſus caulos. melita. coſura. Propius Italiã galaça. & illę ſeptem:

Sicilię urbes

Arethuſa

Alpheus

Agragas

Hybla

Aetna. Eryx.

Imera

Calypſo

quas ęoli appellant oſteodes. Lipara. heratea. didyma. phœnicuſſa. ericuſſa. Aetna ꝑpetuo flagrat igne. hiera & ſtrongyle & pithecuſſa. Leucothea ęnaria. Sidonia. capreę. prochyta. Pontię. Pandatoria. Sinonia. Parmaria Italico laterī citra tyberina hoſtia iacent. Vltra aliquot ſunt paruę dianium. Iginium. carbania. urgo. Ilua. caparia. Duę grandes fretoq; diuiſę ethruſco: quarꝝ corſica littori propior inter latera tenuis & longa pręterq̃ ubi aperta: & marianę colonię ſunt. A barbaris colitur Sardinia africū pelagus attingens: niſi ꝙ in occidentem q̃ in orientem auguſtius ſpectat: par & quadrata undiq; & nuſq̃ nō aliquanto ſpatioſior: q̃ ubi longiſſima eſt/corſica. Cęterum fertilis & ſoli q̃ cęli melioris: atq; ut fęcunda ita pene peſtilens. In ea antiquiſſimi populorum ſunt Ilienſes. Vrbiū antiquiſſimę Calaris: & ſulci. At in gallia quas referre cōueniat ſolę ſunt Stœchades ab ora ligurū ad Maſſiliam uſq; diſperſę. Baleares in hiſpania contra tarraconenſia littora ſitę nō longe inter ſe diſtant. & ex ſpatio ſui cognominibus acceptis maiores minoreſq; perhibent. Caſtella ſunt in minoribus Samo & Mago. In maioribus parma; & polentia colonię. Ebuſos e regione

Aeolię ſeptem

Corſica

Sardinia

Stœchades

Baleares

Ebuſos

promontorij: quod in ſupronenſi ſinu Ferrariam uocant: eodem nomine urbē habet: frumentis tantum nō fęcunda. ad alia largior: & omniū animalium: quę nocent: adeo expers: ut nec ea quidē quę de agreſtibus mitia ſunt: aut generet: aut ſi inuecta ſūt ſuſtineat. Contra eſt Colubraria cuius meminiſſe ſuccurrit: ꝙ cum ſcateat multo ac malefico genere ſerpentū & ſit ideo inhabitabilis: tamen ingreſſis eam intra id ſpatium: quod Ebuſitana humo circumſignauerunt: ſine pernicie & tuta eſt/ iiſdem illis ſerpentibus: qui ſolent obuios appetere: aſpectū eius pulueris aliudue quod uerius/ procul & cum pauore fugientibus.

Colubraria

Ebuſitanę terrę uis miranda.

Pomponij Mellę coſmographi liber tertius.

DIcta eſt ora noſtri maris. dictę inſulę/ quas amplectitur. reſtat ille circuitus: quem ut initio diximus: cingit oceanus ingens & infinitū pelagus & magnis ęſtibus concitum (ita enim motus eius appellant) modo inundat campos. modo late nudat ac refugit. nunc alios alioſq; inuicem/ neq; alternis acceſſibus nunc in hos: nunc in illos impetu uerſum: ſed ubi in omnia littora: q̄uis diuerſa ſint terrarum inſularumq; ex medio

Oceanus

Aeſtus

pariter effuſũ eſt: Rurſus ab illis colligitur. in mediũ & in ſemetipſum redit. tanta ui ſemper imiſſum: ut uaſta etiã flumina retroagat: & aut terreſtria deprehendat animalia: aut marina deſtituat. neq; adhuc ſatis cognitũ eſt anhelitu ne ſuo id mundus efficiat: retractãq; cum ſpiritu regerat undã undiq;: ſi ut doctioribus placet: unum animal eſt: an ſint depreſſi aliqui ſpecus: quo reciproca maria reſidant: atq; unde ſe rurſus exuberantia attollant: an luna cauſas tantis meatibus prębeat. Ad ortus certe eius occaſuſq; uariant: neq; eodẽ aſſidue tempore: ſed ut illa ſurgit ac demergit: ita recedere atq; aduentare cõperimus. huc egreſſos ſequẽteſq; ea: quę exeuntibus dextra ſunt: ęquor atlanticũ & ora bętice frontis excipit: quę niſi q̧ ſemel iterumq; paululum ĩ ſemet abducitur: uſq; ad fluuium anam pene recta eſt. Turduli & baſtuli habitant. In proximo ſinu portus eſt: quẽ gaditanũ: & lucus quem oleaſtrum appellant. Tum caſtellum Ebora in littore. & procul a littore aſta colonia. extra Iunonis ara templumq; eſt. In ipſo mari monumentum Geryonis ſcopulo magis q̃ inſulę impoſitum. Bętis ex terraconenſi regione demiſſus per hanc fere mediam diu: ſicut

Varię de oceani ęſtu opiniones.

Anas fluuius

Turduli. Baſtuli.

Gaditanus portus.

Ebora caſtellum.

Aſta colonia

Bętis

naſcit᷑: uno amne decurrit. poſt ubi nõ longe a mari grandẽ lacum facit: quaſi ex uno fonte geminus exorit᷑: quantuſq; ſimplici alueo ue/nerat: tantus ſingulis effluit. Tum ſinus alter uſq; ad finẽ prouincię inflectit᷑: eumq; parua oppida olitingi. onolapa contingũt. At Luſi/tania trans anam qua mare atlanticũ ſpectat: primum ingenti impetu in altum abit: dein/de reſiſtit: ac ſe magis etiam q̃ betica abdu/cit. qua prominet bis in ſemet recepto mari: in tria promontoria diſpergit᷑. Anę proximũ quia lata ſede procurrẽs paulatim ſe ac ſua la/tera faſtigiat: cuneus ager dicitur. ſequens ſa/crum uocãt. magnũ quod ulterius eſt. In Cu/neo ſunt Mirtilibalio. oſſonoba. In ſacro lato/brigal & portus Annibalis. In magno ebora. Sinus interſunt: & eſt in proximo Salacia. In altero ulyſſipo. & tagi oſtiũ amnis aurũ gem/maſq; generantis. Ab ijs promontorijs ad illã partem: quę receſſit: ingens flexus aperitur. In eoq; ſunt Turauli ueteres: turdulorumq; oppida. amnes autem in mediũ fere Munda ultimi promontorij latus effluens: & radices eiuſdem abluens Durius. frons illa aliquãdiu rectam ripam habet: deinde modico flexu ac/cepto mox paulũ eminet: tum reducta iterũ

Luſitania

Tria luſitanię promontoria.

Cuneus

Sacrum. Magnũ.

Tagus

Munda fluuius

Durius

iterumqꝫ recta margine iacens ad promontorium:quod celticum uocamus:extenditur.totam celtici colunt: ſed a durio ad flexũ groni. fluuntqꝫ per eos Auocelandus. Nebis. Minius & cui obliuionis cognomen eſt Limia. flexus ipſe Lambriacam urbem amplexus recipit fluuios. lęros/& illam partẽ:quę prominet: prę ſamarchi habitant: perqꝫ eos Tamaris & ſars flumina non longe orta decurrunt. Tamaris ſecũdum Ebora pontum. Sars iuxta turrem Auguſti titulo memorabilem. cętera ſuper Tamarici nerijqꝫ incolunt in eo tractu ultimi. Hactenus enim ad occidentem uerſa littora pertinent:deinde ad ſeptentriones toto latere terra conuertitur. a celtico promontorio ad ſcythicũ uſqꝫ perpetua eius ora: niſi ubi modici receſſus ac parua promõtoria ſũt. ad cantabros pene recta eſt. In ea primũ artabri ſũt. & Ianaſum celticę gentis. deinde aſtures. In artabros ſinus ore anguſto admixtum mare/ non anguſto ambitu excipiens adrobicum urbem & quattuor amnium oſtia incingit. duo etiam inter accolentis ignobilia ſunt. per alia Ducamaris exit in libyca. In aſturum littore nœta eſt oppidum: & tres arę:quas ſeſtianas uocant: in peninſula ſedent: & ſunt

Groni
Limia obliuionis fluuius.
Lęros
Tamaris
Turris Auguſti
Artabri
Aſtures
Ducamaris.
Nœta oppidum.
Seſtianę arę.

augusti nomine ſacrę: illuſtrantq; terras ante ignobiles. at ab eo flumine: quod ſaliã uocãt: incipiũt orę paulatim recedere: & latę adhuc hiſpanię magis magiſq; ſpatia cõtrahere: uſq; adeo ſemet & terras anguſtantibus: ut earum rerum ſpatiũ inter duo maria dimidio minus ſit: qua Galliam tangunt: q̃ ubi ad occidentem littus exporrigunt. Tractum Cantabri & uarduli tenent. Cantabrorum aliquot populi amneſq; ſunt: ſed quorum nomina noſtro ore concipi nequeãt Pereundi. & ſalenos. ſauriũ. Per auriginos & orgenomes quoſdã naſa deſcendit: & deuales tritonobelunte cingit: & detum. aturia ſonans. Sauſo. & magrada. Varduli una gens hinc ad pyrenei iugi promontorium pertinens claudit hiſpanias. Sequitur gallię latus alterũ: cuius ora primo nihil progreſſa in altum: mox tantundem pene in pelagus excedens quantũ retro hiſpania abſceſſerat: cantabricis fit aduerſa terris: & grandi circuitu afflexa ad occidentem littus aduertit. Tunc ad ſeptentriones conuerſa iterum longo rectoq; tractu ad ripas rheni amnis expanditur. Terra eſt frumenti pręcipue & pabuli ferax & amœna lucis ĩmanibus. quicquid ex ſatis frigoris impatiens eſt, ager nec ubiq; alit:

Cantabri
Varduli

Gallia

& noxio genere animaliū minime frequens. Gentes ſuperbę. ſuperſtitioſę. aliquando etiā immanes adeo: ut hominē optimā & gratiſſimam diis uictimā crederent. manent ueſtigia ueritatis iam abolitę: atq; ut ab ultimis cędibus temperāt: ita nihilominus ubi deuotas altaribus admouere, delibant. habent tamen & facundiā ſuam: magiſtroſq; ſapientię dryudas. Hi terrę mundiq; magnitudinem & formam. motus cęli & ſiderū, ac quid dij uelint: ſcire profitentur. docent multa nobiliſſimos gentis clam & diu uicenis annis in ſpecu, aut in abditis ſaltibus. unū ex ijs quę pręcipiunt: in uulgus effluxit: uidelicet ut forent ad bella meliores, ęternas eſſe animas, uitamq; alterā ad manes. itaq; cum mortuos cremant ac defodiunt: apta uiuentibus olim negociorū ratio etiam & exactio crediti deferebatur ad inferos: erantq; qui ſe in rogos ſuorū uelut una uicturi libenter īmitterent. Regio quā incolunt omnis comata gallia. Populorū tria ſumma nomina ſunt: termināturq; fluuijs ingentibus. nam a pyreneo ad garumnā aquitania. ab eo ad ſequanam celtę. inde ad rhenū pertinent Belgę. Aquitanorū clariſſimi ſunt auſci Celtarum hedui. Belgarum treueri. Vrbeſq;

Gallorum mores.

Dryudę

Comata gallia

Gallię diuiſio

Gallię urbes opulentiſſimę.

opulentiſſimę in treueris augusta. In heduis auguſtudunũ. In auſcis beliumberrum.

Garumna

Garumna ex pyreneo monte delapſus niſi cum hyberno imbre aut ſolutis niuibus intumuit: diu uadoſus/& uix nauigabilis fertur. At ubi obuius oceani exęſtuantis acceſſibus adauctus eſt: iiſdemq̃ retro remeantibus ſuas illiuſq̃ aquas agit: aliquantũ plenior/& quãto magis procedit: eo latior fit. ad poſtremũ magni freti ſimilis nec maiora tantum nauigia tolerat: uerũ etiã more pelagi ſęuientis exurgens iactat nauigantes/ atrociter utiq̃: ſi alio uentus alio unda pręcipitat.

Antros

In eo eſt inſula Antros nomine: quam pendere & attolli aquis increſcentibus ideo incolę exiſtimant: quia cũ uideatur editior aquis obiacet: ubi ſe fluctus impleuit illam operit: nec ut prius tantũ ambit: & q̃ ea quibus ante ripę: colleſq̃ ne cernerẽt obſtiterant: tunc uelut ex loco ſuperiore perſpicua ſunt. A Garumnę exitu latus illud incipit terrę procurrentis in pelagus: & ora cantabricis aduerſa littoribus aliis populis media eius habitantibus/ ab ſantonis ad oſiſmos uſq̃ deflexa. Ab illis enim iterũ ad ſeptentriones frons littorum reſpicit: pertinẽtq̃ ad ultimos

Morini

gallicarũ gentium Morinos: nec portu: quem

geſoriciacũ uocãt: quicq̃ habent notius. Rhe- nus ab alpibus decidens prope a capite duos lacus efficit uenetũ & acromũ. mox diu ſoli- dus: & certo alueo lapſus haud procul a ma- ri huc & illuc diſpergitur: ſed ad ſiniſtrũ am- nis etiam tum & donec effluat Rhenus ad de- xteram primo anguſtus & ſui ſimilis. poſt ri- pis longe ac late recedentibus iam non amnis ſed ingens lacus ubi campos impleuit fleuo dicit: eiuſdemq́ nominis inſulam amplexus fit iterũ arctior: iterũq́ fluuius emittitur. — Rhenus

GERMANIA hinc ripis eius uſq́ ad alpes. a meridie ipſis alpibus. ab oriente ſarmaticarũ confinio gentiũ. qua ſeptentrionem ſpectat: oceanico littore obducta eſt. Qui habitãt im- manes ſunt animis atq́ corporibus: & ad inſi- tam feritatem uaſte utraq́ exercent/ bellando animos/ corpora ad cõſuetudines laborũ ma- xime. frigora nudi agunt: anteq̃ puberes ſint. & longiſſima apud eos pueritia eſt. uiri ſagis uelantur aut libris arborum. q̃uis ſęua hyeme nandi nõ patientia tantũ illis/ ſtudium etiam eſt. bella cum finitimis gerunt. cauſas eorum ex libidine accerſunt: neq́ imperitandi prola- tandiq́ quę poſſident. Nam ne illa quidẽ eni- xe colunt: ſed ut circa ipſos quę iacent uaſta — Germania; Germanoꝝ mores

ſint. Ius in uiribus habent adeo: ut ne latroci-
nij quidem pudeat: tantum hoſpitibus boni.
miteſq; ſupplicibus. uictu ita aſperi incultiq;
ut cruda etiã carne ueſcant᷑. aut recenti aut cũ
rigentem in ipſis pecudũ ferarũq; corijs ma-
nibus pedibuſq; ſubigendo renouarũt. Terra
ipſa multis impedita fluminibus. multis mõ-
tibus aſpera & magna ex parte ſyluis ac palu-
dibus inuia. Paludũ Sueſia. Meſia. & melſia-
Hercynia ſylua — gũ maximę. Syluarũ hercynia & aliquot ſũt:
quę nomen habent: ſed illa dierum ſexaginta
iter occupãs ut maior alijs, ita & notior. Mon-
Taunus — tium altiſſimi Taunus & Rhetico: niſi quorũ
nomina uix eſt eloqui ore romano. Amniũ ĩ
Danubius — alias gẽtes exeuntiũ Danubius & Rhodanus.
Rhodanus — In Rhenũ mœnus & lupia. In oceanũ amiſius
Amiſius fluuius — viſurgis & albis clariſſimi. Super albin codanus
Albis — ingens ſinus magnis paruiſq; inſulis refertus
eſt. Acre mare quod gremio littorum accipi-
tur: nuſq̃ late patet nec uſq̃ mari ſimile: ueꝝ
aquis paſſim interfluentibus: ac ſępe tranſ-
greſſis uagũ atq; diffuſũ facie amniũ ſpargit᷑.
qua littora attingit ripis contentũ inſularum
nõ longe diſtantibus & ubiq; pene tantundẽ:
ut anguſtũ & par freto, curuanſq; ſubinde ſe
longo ſupercilio inflexũ eſt. In eo ſunt imbri

& teutoni. ultra ultimi germanię hermones. Teutoni
Satmatia intus q̃ ad mare latior. ab iјs quę ſequũt̃ inſula amne diſcreta. qua retro abit uſq; ad Iſtrum flumen ĩmittit. gens habitu armiſq; parthicę proxima: uerũ ut cęli aſperioris, ita ingenij. nõ ſe urbibus tenent, & ne ſtatis quidem ſedibus. ut inuitauere pabula. ut cędens & ſequens hoſtis exigit, ita res opeſq; ſecum trahens ſemper caſtra habitat bellatrix. libera indomita. & uſq; eo ĩmanis atq; atrox: ut fœminę etiam cum uiris bella ineant: atq; ut habiles ſint: natis ſtatim dextra aduritur mãma. Inde expedita ĩ ictus manus, quę exeritur. uirile fit pectus. arcus tendere. equitare. uenari puellaria penſa ſunt. ferire hoſtem adultarũ ſtipendiũ eſt: adeo ut non percuſſiſſe pro flagitio habeatur. ſitq; eis pœnę uirginitas. Inde aſię cõfinia. niſi ubi perpetuę hyemes ſedent & intolerabilis rigor, ſcythici populi incolũt fere omnes etiam in unũ Belgę appellati. In aſiatico littore primi hyperborei ſuper aquilonem Rhipheoſq; montes ſub ipſo ſiderum cardine iacent: ubi ſol non quotidie ut nobis: ſed primũ uerno ęquinoctio exortus autumnali demũ occidit. & ideo ſex menſibus dies: & totidẽ alijs nox uſq; continua eſt. Terra anguſta. aprica. per ſe fertilis. cultores iuſtiſſimi:

Sarmatia

Sarmatarũ mores.

Hyperborei

& diutius/ q̃ ulli mortaliũ/ & beatius uiuunt:
Hyperboreorum mores. Quippe feſto ſemper ocio lęti. non bella nouere. non iurgia. ſacris operati maxime apollinis: quorũ primitias delon miſiſſe initio per uirgines ſuas: deinde p̄ populos ſubinde tradentes ulterioribus: moremq; eũ diu & donec uitio gentiũ temperatus eſt: ſeruaſſe referuntur. habitant lucos ſyluaſq;. & ubi eos uiuendi ſatietas magiſq; tediũ cepit: hilares redimiti ſertis ſemetipſi in pelagus ex certa rupe pręcipiti dant. Id eis funus eximiũ eſt. Mare caſ-
Caſpium mare pium ut anguſto/ita longo etiã freto primum terras quaſi fluuius irrũpit: atq; ubi recto alueo influxit: in tres ſinus diffunditur contra os ipſum in hyrcanum. ad ſiniſtram ĩ ſcythicum. ad dexterã in eum quem proprie & totius nominis caſpium appellant. omne atrox. ſęuum. ſine portibus. procellis undiq; expoſitum/ac belluis magis q̃ cętera refertũ: & ideo minus nauigabile. ad introeuntium dextram
Scythę nomades. ſcythę nomades freti littoribus inſidẽt. Intus
Caſpij. Amaçones ſunt ad caſpium ſinũ caſpij & amaçones: ſed quas ſauromatidas appellant. ad hyrcanũ Al-
Albani bani & Molchi. & hyrcani. In ſcythico amerdi & pęſtici. etiam ad fretũ debrices. Multi in eo ſinu magni paruiq; amnes fluunt: ſed qui famã habent ex ceraunis montibus uno alueo

deſcendit duobus exit in caſpium araxes tau/ Ataxes
ri latere demiſſus. quoad campos armenię ſe/
cat: labit̃ placidus & ſilens/ neq; in utram par/
tem eat: q̃q̃ intuearis/ manifeſtus. cũ in aſpe/
riora deuenit hinc atq; illinc rupibus preſſus:
& quãto anguſtior/ tanto magis pernix. fran/
git ſe ſubinde ad oppoſita cautium atq; ob id
ingenti cũ murmure ſonanſq; deuoluit̃ adeo
citus: ut qua ex pręcipiti caſurus eſt: in ſub/
iecta non declinet ſtatim undã: ſed ultra q̃ ca/
nalem habet/ euehat plus iugeris ſpatio ſub/
limis/ & aquis pendentibus ſemetipſum ſine
alueo ferens. deinde ubi incuruus arcuatoq;
amne deſcendit: fit tranquillus iterumq; per
campos tacitus & uix fluens. In id littus elabit̃
cyrus & cambyſes ex radicibus corſici montis Cyrus. Cambyſes.
uicinis editi: & in diuerſa abeunt perq; hibe/
ras & hyrcanos diu & multum diſtantibus al/
ueis defluunt. poſt nõ longe a mari eodẽ lacu
accepti in hyrcanũ ſinũ uno ore perueniunt.
Laxartes & oxos per deſerta ſcythię ex ſurdi/ Laxartes. Oxos.
anorũ regionibus in ſcythicũ exeunt. ille ſuo
fonte grandis. hic incurſu aliorum grandior
& aliquandiu ad occaſũ ab oriente occurrens
iuxta dacas primum inflectitur/ curſuq; ad ſe/
ptentrionem conuerſo inter amardos & peſi/
caſos aperitur. Syluę alia quoq; dira animalia

Tigres uerum & tigres ferunt/ utiq; hircanię ſęuum
feratum genus/ & uſq; eo pernix: ut illis lon/
ge quoq; progreſſum equitem conſequi: nec
tantũ ſemel: ſed aliquotiens etiam/ curſu un/
de cœperit/ ſubinde repetito: ſolitum & facile
ſit. Cauſa ex eo eſt: ꝙ ubi ille interceptos earũ
catulos citus cœpit auehere: & rabiem appro/
pinquantiũ fruſtraturus/ aſtu unum de pluri/
bus omittit. hę proiectum accipiunt: & ad cu/
bilia ſua referũt: rurſumq; & ſępius remeant
atq; idem efficiunt: donec ad frequentiora q̃
adire audeant: profugus raptor euadat. Vltra
caſpiũ ſinũ quidnam eſſet/ ambiguũ aliquan/
diu fuit. Idem ne oceanus an tellus infeſta fri/
goribus ſine ambitu: ac ſine fine proiecta. ſed
Homerus pręter phyſicos homerumq;: qui uniuerſum
Phyſici orbẽ mari circũfuſum eſſe dixerunt: Corneli/
Cornelius nepos. us nepos/ ut recentior auctoritate: ſic certior.
Q. Metellus Celer teſtem autem rei. Q. Metellũ celerem adijcit:
eumq; ita rettuliſſe cõmemorat. Cum Gallijs
proconſul pręeſſet/ indos quoſdã a rege boio/
rum dono ſibi datos: unde in eas terras deue/
niſſent requirendo/ cognoſſe ui tempeſtatũ
ex indicis ęquoribus abreptos emenſoſq;: quę
intererant/ tandem ĩ germanię littora exijſſe.
Reſtat ergo pelagus. ſed reliqua lateris eiuſ/
dem aſſiduo gelu durantũ: & ideo deſerta ſunt.

His oris quas angulo beticę adhucuſq; per/ſtrinximus multę ignobiles inſulę & ſine no/minibus etiã adiacent: ſed earũ: quas pręterire non libeat: gades fretum attingit/eaq; a conti/nenti anguſto ſpatio & ueluti flumine abſciſ/ſa. qua terris propior eſt pene rectam ripam agit. qua oceanũ ſpectat duobus promonto/rijs euecta in altum medium littus abducit. & fert in altero cornu eiuſdem nominis urbem opulentã. in altero templũ ęgyptij Herculis cõditoribus. religione. uetuſtate. opibus illu/ſtre. Tyrij condidere. cur ſanctũ ſit/ oſſa eius ibi ſita efficiunt. annorũ quis manet ab iliaca tempeſtate principia ſũt. opes tempus aluit. In Luſitania erythia: quam geryone habitatã accepimus: alięq; ſine certis nominibus adeo agri fertiles: ut cum ſemel ſata frumenta ſint: ſubinde recidiuis ſeminibus ſegetẽ nouanti/bus ſeptẽ minime inter plures etiã meſſes fe/rant. In celticis aliquot ſunt: quas quia plum/bo abundant uno omnes nomine caſſiterides appellant. Sena in britannico mari oſiſmicis aduerſa littoribus gallici numinis oraculo in/ſignis eſt: cuius antiſtites perpetua uirginita/te ſanctę numero nouem eſſe tradunt. Galli/cenas uocant: putantq; ingenijs ſingularibus

Gades

Herculis templũ

Erythia Geryonis.

Mira agrorũ fer/tilitas

Caſſiterides unde.

Sena

Gallicenę anti/ſtites.

prędıtas: maria ac uentos concitare carmini-
bus: Seq; in quę uelint animalia uertere. ſana-
re: quę apud alios inſanabilia ſunt. ſcire uen-
tura & prędicare. ſed nō niſi dedita nauigan-
tibus/& in id tantū: ut ſe cōſulerēt/profectis.

Britannia

BRITANNIA qualis ſit: qualeſq; progene-
ret: mox certiora & magis explorata dicentur.
Quippe tam diu clauſam aperit ecce princi-
pum maximus nec indomitarum modo ante
ſe/ uerū ignotarū quoq; gentium uictor/pro-
priarum rerū fidem ut bello affectauit ita tri-
umpho declaraturus portat: Cęterū/ut adhuc
habuimus: inter ſeptentrionē occidentemq;
proiecta grandi angulo rheni oſtia proſpicit.
deinde obliqua retro latera abſtrahit. altero
galliam. altero germaniam ſpectans. tum rur-
ſus perpetua margine directi littoris ab ter-
gore abducta/iterū ſe in diuerſos angulos cu-
neat triquetra & Sicilię maxime ſimilis. pla-
na. ingens. fęcunda/uerū ijs quę pecora: q̄ ho-
mines benignius alant. Fert nemora. ſaltus ac
pręgrandia flumina alternis motibus modo
in pelagus/ modo retro fluentia: & quędam
gēmas margaritaſq; generantia. Fert populos

Britannorū mores

regeſq; populorū: ſed ſunt inculti omnes: atq;
ut longius a cōtinenti abſunt: ita aliarū opum

ignari magis. tantum pecore ac finibus dites. incertum ob decorem/an quid aliud ultro cor pora infecti. Cauſas autē & bella contrahunt: ac ſic frequenter inuicem infeſtant/ maxime imperitandi cupidine ſtudioq; ea prolatandi: quę poſſident. Dimicant non equitatu modo aut pedite: uerum & bigis & curribus gallice armati. Couinos uocāt: quorū falcatis axibus utuntur. Super britanniam Iuuerna eſt: pene par ſpatio: Sed utrinq; ęqualis. tractu littorū oblonga. cęli ad maturāda ſemina iniqui. uerum adeo luxurioſa herbis nō lętis modo: ſed etiam dulcibus: ut ſe exigua parte diei pecora impleant: & niſi pabulo prohibeant᷑/ diutius paſta diſſiliant. Cultores eius inconditi ſūt & omniū uirtutū ignari q̃ alię gentes/ aliquatenus tamē gnari. pietatis admodum expertes. Triginta ſūt orchades anguſtis inter ſe ductę ſpatijs. Septem hemodes contra germaniam uectę in illo ſinu: quem codanū diximus. Ex ijs Codanonia quam adhuc Teutoni tenent: & ut fęcunditate alias: ita magnitudine ante ſtat. Quę Sarmatis aduerſa ſunt ob alternos acceſſus recurſuſq; pelagi & quot ſpatia quis diſtant: modo operiuntur undis: modo nuda ſūt. alias inſulę uident᷑: alias una & continens

Picti britanni

Couini

Iuuerna

Orchades

Hemodes

Codanonia

terra. In his eſſe ceneas: qui ouis auium palu-
ſtrium: & auenis tantum alantur. eſſe equinis
Hippopodes pedibus hippopodas: & Satmalos quibus ma-
Satmali gnę aures & ad ambiendū corpus omne patu
lę: nudis alioquin prouecti ſūt pręterq̄ quod
fabulis traditur auctores etiam quos ſequi nō
Tile pigeat, inuenio. Tile belgarū littori appoſita
eſt graijs & noſtris celebrata carminibus. In
ea ꝙ ſol longe occaſurus exurgit breues utiq;
noctes ſunt: ſed per hyemē ſicut alibi obſcu-
rę. ęſtate lucidę: ꝙ per id tempus iam ſe altius
euehens: q̄q̄ ipſe non cernatur: uicino tamen
ſplendore proxime illuſtrat. per ſolſticiū ue-
ro nullę: ꝙ tum iam manifeſtior non fulgore
modo: ſed ſui quoq; partē maximā oſtentat.
Talge Talge in caſpio mari ſine cultu fertilis, omni
fruge ac fructibus abundans. Sed uicini popu
li quę gignunt attingere nefas, & pro ſacrile-
gio habent, dijs parata exiſtimantes, dijſq; ſer-
uanda. aliquot & illis oris: quas deſertas dixi-
mus: ęque deſertę adiacent: quas ſine ꝓprijs
Scythicę inſulę nominibus ſcythicas uocāt. Ab ijs in eorū re-
curſus inflectitur inq; oram terrę ſpectantis
orientem pertinet. hęc a ſcytico promontorio
appoſita primū omnis quę eſt inuia, deinde
ob īmanitatem habitantiū inculta. Scythę ſūt

androphagę & Sagę diſtincti regione: quia feris ſcatet: inhabitabili. uaſta deinde iterum loca bellue infeſtant: uſq; ad montē mari imminentē nomine thabim. Longe ab eo Taurus attollitur. Seres interſunt genus plenum iuſticię & commercio: quod rebus in ſolitudine relictis abſens peragit. Taurus Seres

NOTISSIMA India non eoo tantū appoſita pelago: ſed & ei quod ad meridiem ſpectans indicum diximus: & hinc tauri iugis. ab occidente inde finita: tantū ſpatiū littoris occupat quantū per ſexaginta dies noctesq; uelificantibus curſus eſt. Ita multū a noſtris abducta regionibus: ut ī aliqua parte eius neuter ſeptentrio appareat: aliterq; quam in alijs oris umbrę rerum ad meridiē iacent: Ceterū fertilis: & uario genere hominū aliorūq; animaliū ſcatet. Alit formicas non minus maximas canibus: quas more gryphorū aurū penitus egeſtū cū ſumma pernicie attingentiū cuſtodire cōmemorant. Immanes & ſerpentes aliqui: ut elephantes morſu atq; ambitu corporis afficiant. tam pinguis alicubi & tam feracis ſoli: ut ī ea mella frondibus defluant. lanas ſylue ferant: arundinum fiſſa internodia ueluti nauitas binos & quedā ternos etiam uehant. Cultorum India Formicę canibus pares. Mira Indię ubertas

Indorum mores habitus moreſq; diſſimiles. Lino alij ueſtiunt̃ aut lanis: quas diximus. alij ferarũ auiũq; pellibus. pars nudi agunt. pars tantũ obſcena uelati. alij humiles paruiq;. alij ita proceri & corpore ingentes: ut elephantis etiã & ibi maximis/ ſicut nos equis/ facile atq; habiliter utantur. Quidam nullum animal occidere. nulla carne ueſci optimum exiſtimant. Quoſdam tantum piſces alunt. quidã proximi parentes priuſq̃ annis aut ęgritudine in maciem eant: uelut hoſtias cędunt: cęſorũq; uiſceribus epulari fas & maxime pium eſt. At ubi ſenectus aut morbus inceſſit: procul a cęteris abeunt:

Summa ad mortẽ alacritas. mortemq; ĩ ſolitudine nihil anxij expectant. prudentiores/ eis quibus ars ſtudium ſapientię contingit: nõ expectant eam: ſed ingerendo ſemet ignibus lęti & cum gloria arceſſunt. Vrbium quas incolunt: ſunt autem plurimę:

Nyſa. Meros. Nyſa eſt clariſſima & maxima. montiũ Meros Ioui ſacer. famam hinc pręcipuã habent.

Vbi liber pater natus nutrituſq; in illa genitũ. In huius ſpecu liberũ arbitrant̃ eſſe nutritũ. unde gręcis auctoribus: ut femori Iouis inſutum dicerent: aut materia ingeſſit: aut error. oras tenent ab Indo ad gangem Palibotri. a gange ad ſolida Nyſij. ubi magis q̃ ubi habitetur: exęſtuat. atrę gentes. & quo

dammodo ęthiopes. ab iolide ad cudum recta
ſũt littora: timidiq; populi & marinis opibus
affatim dites. Tamos promontoriũ eſt: quod Tamos
Taurus attollit collis alterius partis angulus
initiumq; lateris ad meridiẽ uerſi. Ganges & Ganges
Indus amnes. ille multis fontibus ĩ hęmo me/ Indus
dię monte cõceptus: ſimul unũ alueum facit:
fit omnium maximus & alicubi latius. quan/
do anguſtiſſime fluit/decẽ milia paſſuum pa/
tens. in ſeptem ora diſpergit. Indus ex monte
caroparnaſſo exortus/& alia quidem flumina
admittit: Sed clariſſima copem. agaſinũ. hy/
daſpen: conceptamq; pluribus alueis undam Hydaſpes
lato ſpatio trahit. hinc pene gangẽ magnitu/
dine exęquat. Poſt ubi aliquot ſępe magnis
flexibus cingit iugum ingens/ iterum rectus
ſolidusq; deſcendit: donec ad lęuam dextrãq;
ſe diducens duobus oſtijs longe diſtantibus
exeat. ad Tamũ inſula eſt chryſe. ad gangem Chryſe
argyre. altera aurei ſoli (ita ueteres tradidere) Argyre
altera argentei. atq; ita/ ut maxime uidet: aut
ex re nomen/ aut ex uocabulo fabula eſt. Ta/ Taprobane
probane aut grandis admodũ inſula/ aut pri/
ma pars orbis alterius: hyparchus: dicitur: ſed
quia habitat nec quiſq̃ circũ eam eſſe tradit:
prope uerũ eſt. Contra inde illa oſtia ſũt: quę

Solis oſtia

Tubero & Aruſaces flumina.

Rubrum mare

Sinus Perſicus: & Arabicus

uocant ſolis adeo inhabitabilia: ut ingreſſos uis circumfuſi aeris exanimet cõfeſtim: & inter ipſa oſtia rara tenet regio ob ęſtus intolerabiles alicubi cultoribus egens. Inde ad principia rubri maris pertinet ipſa inuia: atq; deſerta. humus cineri magis fit q̃ pulueri ſimilis Ideoq; per eam rara: & non grandia flumina emanant: quorum Tuberonem & Aruſacem notiſſima accepimus. Rubrũ mare gręci ſiue quia eius coloris eſt: ſiue quia ibi Erythras regnauit: Erythram thalaſſam appellãt proceloſum: aſperum: mare profundũ & magnorum animalium magis q̃ cętera capax/ primo recedentis oras ęqualiter impellit: Et ut non intret interius aliquantum patens ſinus erat: Sed quas ripas inflexerat/ bis irrumpit: duoſq; iterũ ſinus aperit perſicus uocatur/ dictis regionibus propior: arabicus ulterior. Perſicus qua mare accipit utrinq; rectis lateribus grande oſtium quaſi ceruice complectit̃. Deinde terris in omnem partẽ uaſte & ęqua portione cędentibus magno littoꝶ orbe pelagus incingens reddit formam capitis humani. Arabici & os arctius & latitudo minor eſt. maior aliquanto receſſus & multo magis longa latera init penitus: Introrſuſq; dum ęgyptum pene

& montem arabię Caſium attingit: quodã faſtigio minus/ac minus latus: Et quo magis penetrat anguſtior. Ab ijs quę diximus: ad ſinũ perſicũ: niſi ubi chelonophagi morant̃: deſerta ſunt. In ipſo Carmanij nauigantiũ dextera poſiti ſine ueſte ac fruge. ſine pecore ac ſedibus. piſciũ cute ſe uelant. carne ueſcunt̃. prę-ter capita toto corpore hirſuti. Interiora Cedroſi. dehinc Perſę habitant. Setis per carmanios. ſupra ſandis & coros effluunt. In parte quę pelagi oſtio aduerſa eſt/ babyloniorũ fines chaldęorũq; ſunt. & duo clari amnes: Tigris perſidi propior. ulterior Euphrates. Tigris ut natus eſt ita deſcendens uſq; ad littora permeat. Euphrates ĩmani ore aperto nõ exit tantũ unde oritur: ſed & uaſte quoq; decidit: nec ſecat continuo agros late diffuſus in ſtagna diu ſedentibus aquis piger & ſine alueo patulis. poſt ubi marginem rupit: uere fluuius: acceptiſq; ripis celer & fremens per armenios & cappadocas occidentẽ petit: ni taurus obſtet in noſtra maria uenturus. Inde ad meridiem auertitur: & primũ ſyros. tum arabas ingreſſus/nõ perdurat in pelagus: uerum ingens modo & nauigabilis. inde tenuis riuus deſpectus emoritur: et nuſq̃ manifeſto exitu effluit: ut alij amnes: ſed deficit. alterũ latus

Chelonophagi
Carmanij
Cedroſi
Setis
Sandis
Tigris
Euphrates

Arabia Eudęmon
Sabęi
Ogyris
Erythra rex
Arabię urbes
Panchęi
Ophiophagi
Pygmęi

ambit plaga: quę inter utrũq; pelagus excurrit arabia dicitur: cognomen eudęmon / anguſta uerũ cinnami & thuris aliorumq; odorum maxime ferax. Maiorem ſabęi tenent partem oſtio proximam & carmanijs contrariam magnę frontem: quę inter oſtia oſtenditur ſyluę cauteſq; exaſperant. aliquot ſunt in medio inſulę ſitę. Ogyris ꝙ in ea Erythrę regis monumentum eſt magis clara: q̃ cęterę. alterum ſinum undiq; arabes incingunt ab ea parte: quę introeuntibus dextra eſt. Vrbes ſunt Cara & arabia & gadamus. In altera ab intimo angulo prima beronice inter hieropoliticum: & ſcrobilum. Deinde inter promontoria moronenon: & collaca philopetris: & phiomalis ultra arſinoe / & alia beronice. Tum ſylua quę hebenum odoreſq; generat: & manufactus amnis. Ideoq; referendus: ꝙ ex nili alueo diorige adductus extra ſinũ uerum inflexu tamen & nõ rubri maris pars beſtijs infeſta: ideoq; deſerta eſt. Partem panchęi habitant hi quos ex facto: quia ſerpentibus ueſcuntur ophiophagos uocant. Fuere interius pygmęi minutum genus: & ꝙ pro ſatis frugibus cõtra grues dimicando defecit. ſunt multa uolucrum. multa ſerpentũ genera. De ſerpentibus memorandi maxime / quos paruos admodum & ueneni

prȩſentis certo anni tempore ex limo concre/tarum paludium emergere in magno examine uolantes ȩgyptum tendere: atq; in ipſo introitu finiũ ab auibus: quas ibidas appellant: aduerſo agmine excipi pugnaſq; confici traditum eſt. De uolucribus prȩcipue referenda phœnix ſemper unica. non enim coitu concipitur partuue generat: ſed ubi quingentorum annorũ ȩuo perpetua durauit ſuper exaggeratã uarijs odoribus ſtruem ſibi ipſa incubat/ ſoluiturq;: deinde putreſcentiũ membrorum tabe concreſcens ipſa ſe concipit: atq; ex ſe rurſus renaſcitur. cum adoleuit oſſa priſtini corporis incluſa myrrha ȩgyptũ exportat: atq; ĩ urbẽ: quã ſolis appellant: fragrantibus nardo buſtis inferens memorando funere conſecrat. Ipſum promontoriũ: quo id mare claudit a ceraunis ſaltibus: inuiũ eſt. Aethiopes ultra ſedent. Meroeni habent terrã quam Nilus primo ambitu amplexus inſulam facit. pars quia uitȩ ſpatium dimidio fere: q̃ nos longius agunt/ macrobij. pars quia ex ȩgypto aduenere dicti Automolȩ. pulchri forma & qui corporis parũq; uenerationes ueluti optimarum alij uirtutũ. In illis mos eſt cui potiſſimũ pareant ſpecie ac uiribus legere. apud hos plus auri: q̃ perſis eſt. Ideo quod minus eſt:

Serpentes alati
Ibides aues
Phœnix auis ſemper unica.
Aethiopes
Meroe
Macrobij
Automolȩ
Aethiopũ mores.

precioſius cenſent.ęre exornant̃.auro uincu-
la ſontium fabricant. Eſt locus apparatis epu-
lis ſemper refertus.& quia: ut libet ueſci uo-
Menſa ſolis
lentibus licet : heliu trapeçam appellant. &
quę paſſim appoſita ſunt: affirmant innaſci
Mira lacus natura
ſubinde diuinitus. Eſt lacus quo perfuſa cor-
pora quaſi uncta pernitent. bibitur idẽ.adeo
eſt liquidus & ad ſuſtinenda quę incidũt aut
immittuntur/infirmus:ut folia etiã proximis
deciſa frondibus/ nõ innatantia ferat: ſed paſ-
ſim & penitus accipiat.Sunt & ſęuiſſimę ferę
Lycaones
omni colore uarij lycaones: & quales accepi-
Spinges
mus ſpingas.Sunt mirę aues cornutę. Traga-
pomenes equinis auribus & Pegaſi.Cęterum
oras ad Eurum ſequentibus nihil memorabi-
le occurrit. uaſta omnia uaſtis pręciſa monti-
bus.ripę potius ſunt:q̃ littora.Inde ingens &
ſine cultoribus dubium aliquandiu fuit/ eſſet
ne ultra pelagus.caperet ne terra circuitum:
an exhauſta fructu ſine fine africa ſe extende-
Hanno carthagi-
nenſis.
ret.uerum & ſi Hanno carthaginenſis explo-
ratũ miſſus a ſuis: cum per oceani oſtia exiſ-
ſet: magnam partem eius circũuectus/ non ſe
mari ſed commeatu defeciſſe memoratu ret-
Eudoxus
tulerat. Et Eudoxus quidam auorũ noſtrorũ
temporibus cum Lachanum regem Alexan-
drię profugeret/atabico ſinu egreſſus per hoc

pelagus: ut nepos affirmat: gades uſq; perue/ctus eſt. Ideo eius orę nota ſunt aliqua. Sunt autē trans ea quę modo deſerta diximus muti populi & quibus ꝓ eloquio nutus eſt. alij ſi/ne ſono linguę. alij ſine linguis. alij labris etiā cohęrentibus: niſi ꝙ ſub naribus etiam fiſtula eſt: per quam bibere auent. Sed cū inceſſit li/bido ueſcendi / grana ſingula frugum paſſim naſcentium abſorbere dicuntur. Sunt quibus ante aduentū Eudoxi adeo ignotus ignis fuit adeoq; uſus mirū in modum placuit: ut am/plecti etiam flammas & ardentia ſinu abde/re: donec noceret: maxime libuerit. Super eos grandis littoris flexus grandem inſulā inclu/dit: in qua tantum fœminas eſſe narrant toto corpore hirſutas & ſine coitu mariū ſua ſpon te fęcundas adeo aſperis efferiſq; moribus: ut quędam contineri ne reluctent uix uinculis poſſint. hoc Hanno rettulit. & quia detracta occiſis coria pertulerat: fides habita eſt. Vltra hunc ſinū mons altus (ut gręci uocant) theon perpetuis ignibus flagrat. ultra montem ui/ret collis longo tractu longis littoribus obdu/ctus: unde uiſuntur patentes magis campi: q̃ ut proſpici poſſint. Panum Satyrorumq; hinc opinio cauſę fidem cepit: ꝙ cū ī his nihil cul/ti ſit. nullę habitantium ſedes. nulla ueſtigia.

Cornelius nepos

Muti populi

Varia hominum monſtra

Fœminę ſua ſpon/te fęcundę

Theon

Panes. Satyri.

ſolitudo in diem uaſta. & ſilentiũ uaſtius/ no/
cte crebri ignes micant: & ueluti caſtra late
iacentia oſtendũt. crepant cymbala & tympa/
na: audiunturq; tibię ſonantes maius huma/
nis. Tunc rurſus ęthiopes: nec iam dites/ quos
diximus: nec ita corporibus ſimiles: ſed mino
res incultiq; ſunt: & nomine heſperio. In ho/
rũ finibus fons eſt: quem nili eſſe aliqua cre/
dibile eſt. nuchul ab incolis dicit. & uideri po
teſt non alio nomine appellari: ſed a barbaro
ore corruptius/ aliter purũ. & minora quidẽ:
eiuſdem tamẽ generis animalia alijs omnibus
in oceanum uergentibus ſolus in mediam re/
gionem ad orientem abit: & quo nam exeat
incertum eſt. Inde colligitur nilum hoc fonte
conceptum/ actumq; aliquandiu per inuia &
ideo ignotũ. iterum ſe ubi ad ea poſſit: oſten/
dere. Cęterum ſpatio quo abſconditur effici:
ut hic alio cedere: ille aliunde uideatur exur/
gere. Catoblepas nõ grandis fera/ uerũ gran/
de & pergrande caput ęgre ſuſtinens/ atq; ob
id in terram plurimũ ore conuerſa/ apud hos
gignit: ob uim ſingularẽ magis etiã referen/
da: q cum impetu morſuq; nihil unq̃ ſęuiat:
oculos eius uidiſſe mortiferũ. Contra eoſdem
ſũt inſulę dorcades domus: ut aiunt: aliquan/
do Gorgonum. Ipſę terrę promontorio: cui

Aethiopes mi/nores.

Nili fons

Nuchul

Catoblepas

Dorcades Gorgo/num domus.

heſperuceras nomen eſt/finiunt. Inde incipit frons illa quę in occidentem uergens mari at/lantico abluitur. Prima eius ęthiopes tenent. media nulli. nam aut exuſta ſunt. aut harenis obducta. aut infeſta ſerpētibus. Exuſtis inſulę appoſitę ſūt: quas heſperidas tenuiſſe memo/rat. In harenis mons eſt ſatis de ſe cōſurgens: uerum inciſis undiq; rupibus pręceps. inuius & quo magis ſurgit/exilior: qui ꝙ altius q̃ cō/ſpici poteſt uſq; in nubila erigitur: cęlum & ſydera non tangere modo uertice ſed ſuſtine/re quoq; dictus eſt. Contra fortunatę inſulę abundant ſua ſponte genitis & ſubinde alijs ſuper alijs innaſcentibus nihil ſollicitos alunt beatius q̃ alię urbes excultę. una ſingulari du/orum fontiū ingenio maxime inſignis: alte/rum qui guſtauere riſu ſoluuntur in mortem. ita affectis remedium eſt ex altero bibere. Ab eo tractu quē ferę infeſtant proximi ſunt Sy/naptodes inflexi lentis cruribus quos ſerpere magis q̃ ingredi referūt. Deinde Pharuſi ali/quādo tendente ad heſperidas hercule dites: nunc inculti: & niſi ꝙ pecore aluntur/ admo/dum inopes. Hinc iam lętiores agri amœniq; ſaltus. terotę. herini ebore abundant. Nigri/tarum getulorūq; paſſim uagantium ne litto/ra quidem infęcunda ſūt purpura. & murice

Heſperuceras pro/montorium.

Heſperidū inſulę.

Atlas mons

Fortunatę inſulę

Miranda duorum fontium natura

Synaptodes

Pharuſi

Hercules

Mauritanię ora

efficaciſſimis ad tingendũ:& ubiq; quę tinxe-
re clariſſima. Reliqua eſt ora Mauritanię ex-
terior & in finem ſui faſtigiantis ſe africę no-
uiſſimus angulus iiſdẽ opibus: ſed minus di-
ues. Cęterũ ſolo etiã ditior & adeo fertilis eſt:
ut frugũ genera non cum ſerant᷑ modo beni-
gniſſime procreet: ſed quędã profundat etiã
nota. Hic Antęus regnaſſe dicitur. & ſignum
quod fabulę clarũ prorſus oſtendit᷑ collis mo-
dicus reſupini hominis imagine iacentis illi-
us ut incolę ferunt tumulus: unde ubi aliqua
pars eruta eſt: ſolent imbres ſpargi: & donec
effoſſa repleant᷑ eueniunt. Hominũ pars ſyl-
uas frequentãt minus q̃ quos modo diximus
uagi. Pars in urbibus habitant: quarũ ut inter
paruas opulentiſſimę habẽtur procul a mari
gildano. dulbritania. propius autẽ Sala & Li-
xio flumini luno proxima. Vltra eſt colonia:
& fluuius gna. & unde initiũ fecimus ampe-
luſia in noſtrũ iam fretũ uergens promõtoriũ
operis huius atq; atlantici littoris terminus.

Antęus

Antęi tumulus

Ampeluſia

Impreſſum eſt hoc opuſculũ Venetijs
per Franciſcum renner de Hailbrun.
.M.CCCC.LXXVIII.

Laus Deo.

Wormed at beginning

Otherwise perfect

pro B Quaritch Ltd

Talbot

3.6.31

FRANCISCUS RENNER, DE HEILBRONN

MELA, Pomponius. Cosmographia sive de situ orbis. 1478.

Hain 11,017; B.M.C., part V, p. 195.

Printed in fine roman characters, in quarto, 26 lines to a page. It has 48 leaves; the size of a leaf is 202 × 142 mm., and the text measures 142 × 80 mm. There are two woodcut initials on the first page.

This little book is the only extant Latin treatise on geography, aside from the geographical part of Pliny's "Natural History." The work was composed probably in 43 A.D. It begins with a brief description of the earth, then gives an outline of the three continents, Europe, Asia and Africa. The world is surrounded by the Ocean, from which stretch out the Four Seas — the Caspian, Persian, Arabian, and the Mediterranean. This last, the most important, has no special name; it is called merely "Our Sea," "Mare Nostrum."

In his method of description Mela differs from his predecessors as well as from the modern geographers. Starting out at the Straits of Gibraltar he first tells about the countries of the south shore of the Mediterranean, as they follow in order from West to East; then returning from East to West, he describes the countries north of the Mediterranean. There are many omissions in his book; Dacia and Pannonia, for example, are not even mentioned, and no measurements of distance are given. Most of the material is taken from Herodotus, whose work was five hundred years old at that time. The best portions of the book are the chapters on Spain and Gaul, which Mela, a native of Spain, knew from personal observation. His scant information about Britain was derived from Caesar and Strabo. His knowledge of Germany, in spite of the contemporary Roman conquests there, was altogether imperfect. It seems that Mela was more interested in the legends of the different countries — in stories about the Amazons, Hyperboreans, and other such curious creatures — than in exact geographical data. His book was meant for the layman and not for the student.

The first edition of "De situ orbis" was printed in 1471 in Milan. The Venice edition by Renner was a reprint of Maler and Ratdolt's edition, published also in 1478. During the following years the book was several times re-edited and reprinted.

Bought in August, 1921.